







SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817).
Aug. 28, 1863.

[redacted]

FASTI
consulares capitolini

recensuit

J. C. M. Laurent,
phil. Dr.

Insunt commentarii in numeros chronologicos Livii, Velleii, Eutropii, aliorum, et commentatio de variis urbis conditae aeris.

ALTONAE,
TYPIS ET IMPENSIS *J. F. HAMMERICH.*
1833.

1863, Aug. 28.
$1.17

Salisbury Fund.

Viro amplissimo spectatissimo

Joanni Georgio Moenckebergio

Reipublicae Hamburgensis Senatori

Juris utriusque Licentiato

avunculo pie colendo

ad

gratum animum

pro

summis beneficiis plurimisque paterni amoris testimoniis significandum

has

literarum primitias

D. D. D.

Scriptor.

Postquam ante hos octodecim menses Niebuhrii historiam Romanam denuo perlegeram, iam statutum habui consilium quoddam diu ante animo volutatum. Quum enim ex viri illius summe venerandi sententia, Romam anno 746 conditam esse, omnes tam Romani, quam Graeci et Christiani numeri chronologici permutentur necesse sit: mirum semper me habuit, quod coniecturae illius iam ante hos tres annos pronunciatae nemo publice mentionem fecerit. Quamobrem chronologico Niebuhrii systemate in examen vocato, quaenam nobis aera Romana sequenda sit, quique anni urbis numerandi, pro viribus demonstrare decrevi.

Constat autem, apud veteres Romanos annum quemque non numeris, sed consulum nominibus nuncupatum esse, consules autem quique de more per totum annum in imperio erant: quare ex fastis consularibus, quot inde a liberae initio reipublicae anni praeterierint, in universum satis certo effici posse videtur [1]). Inveniuntur tamen etiam apud

[1]) Cfr. Sen. ep. 4. „numerare multos consules i. e. annos." Martial. I, 16. 8. Plin. Paneg. 58. Liv. III, 6. Cal. Sextilibus, ut tunc principium anni agebatur. Cfr. not. 6.

antiquos scriptores qui in vita civili non usurpabantur *numeri chronologici* sive *anni urbis conditae* literis mandati. Itaque hae duae satis magni momenti res mihi tractandae erant: primum ut quam possem accuratissimum consulum Romanorum catalogum conficerem, deinde ut circumspicerem, numqui scriptores eosdem quos Niebuhrius numeros chronologicos in medium protulissent, et insuper, num fortasse quicunque apud omnes scriptores adscripti invenirentur numeri ad idem omnes systema reducendi essent? —

Quapropter omnium primum ad fastos consulares capitolinos animum convertimus. Qui fasti capitolini inde ab Onuphrio Panvinio, cui id propter eam qua vixit aetatem minus vitio vertendum est, usque ad Adamum et Grotefendtium VV. DD. a multis confusi sunt cum fastis Praenestinis. Sed hi, a Verrio Flacco compositi, *calendares* fasti sunt, singulos cuiusque mensis dies ad usum vulgarem nominibus consignatos praebentes, nostrisque calendariis simillimi: illi consulum, censorum, dictatorum et magistrorum equitum nomina exhibent, capitolini dicti, quia Romae in Capitolio collocati sunt. Horum fastorum et vetera et nova fragmenta exstant, illa anno 1547, haec his temporibus, anno 1816 et 1817 effossa. Veterum fragmentorum ultimus editor Goltzius satis multos priorum editorum errores suis et temerariis coniecturis, et numorum ab ipso confictorum delineationibus auxit. Cuius et errores et fraudes quantum in nobis situm erat

patefecimus. Simul autem nova fragmenta, quorum pars ab Ill. Borghesio explicata est, pars interpretem adhuc exspectat, et commentati sumus, et cum veterum fragmentorum corpore coniunximus. Ipsum vero contextum ad fidem tam Piranesiani, quam Feani et Borghesiani exempli summa cum cura expressimus [2]). Accedit, quod de tempore locoque, nec non de conditore fastorum capitolinorum ita disputavimus, ut, quod ad nos attinet, persuasum habeamus, fastos illos, a Caesare primum conditos, Augusti deinde sub auspiciis restitutos, in aede Castoris et Pollucis expositos fuisse. Summa igitur fides habenda est fastis marmoreis, quorum auctoritati aliquantum ponderis affert id, quod etiam chronologiam eorum solam vera esse videtur. Nam qui iis continentur numeri chronologici et per se ipsos satis prope ad veritatem accedunt, et — quod maximum — cum veris historici temporis rationibus congruunt. Quamobrem primus urbis annus in anno a. Chr. n. 752, in ol. 7^{1} *) ponatur suadeo; sequentes autem urbis anni secundum seriem fastorum nostrorum ordinentur, ita ut anno u. 363, olymp. 97^{3}, anno a. Chr. n. 390 urbs Roma a Gallis capta sit. Praeterea quid

---

2) *Piranesi* Lapides Capitolini s. fasti consulares usque ad Tiberium Caesarem. Romae 1762. fol. — Nuovi frammenti di fasti cap. da Borghesi. Milano. 1818. 1820. 2 Voll. — *C. Fea* frammenti di fasti consolari. Rom. 1820. fol.

*) Vid. pag. 109. §. 72.

sibi velit Varronianus et qui nullo, opinor, iure dicitur Catonianus calculus ostendere conatus sum.

Ad calcem libri subiunxi indicem, unde et quae quibusque temporibus Romae floruerint familiae, et quando gens quaeque ad summos honores pervenerit, videre est. Haec habui, quae de commentatiunculae meae origine et rationibus dicerem.

Index

eorum quae hoc libro continentur.

Praefatio . . . . Pag. V — VIII.

Pars I. *Fasti capitolini.*

a. De tempore, loco et conditore fastorum cap. §. 1 — 14.

b. Fasti consulares capitolini.

c. Annotatio critica in fastos cap. . . . . §. 15 — 23.

Pars. II. De numeris chronologicis variorum scriptorum. §. 24 — 63.

Pars III. Judicium de variis Romae conditae aeris . . . . . §. 64 — 76.

Errata
in fastis consularibus.

NB. Quae obliquis literis scripta sunt, in ipsis lapidibus leguntur.

In anno urbis.	
254	l. T. Aebutius T. f.
262	„ M. Minuc. A. Sempron.
271	„ K. f., non P. f.
279—81	„ lustrum *f. VIII*, *Julus*, *Fusus*.
293	„ Crassin Regill. Sabin.
297	„ M'. f. non M. f.
300	„ *Fjstus*,
302	„ *abdicarunt ut decemviri consulari* imperio *fierent*.
322	„ L. f. L. n.
344	„ *Medullin II.*
348	„ *L. Furius* non L. Junius.
350	„ M'. Quinct. non M.
355	„ P. n., non M. n.
358	„ Maxum II.
362	„ Mamercin II.
363	„ Fidenas IV.
373	„ Mamercin VI; deleatur L. n.
375	„ XIX, non XVIII.
368	„ pl*ebe primum creari coepti*.
381	Adde: Sulpicius, L. Quinctius, C. Cornelius, C. Valerius; et in margine Tr. mil.
404	l. ab*iit*, non *abiit*.
416	deleas Hortator.
438	l. *Ai.*, non Al., et *l. f. e.* non s.
447	„ *Tremulus*.
454	in fine l. Cens. P. Sempronius. P. f. C. n. Sophus. P. Sulpicius Ser. f. P. n. Saverrio l. f. XXIX.
460	Lit. S in lapide est.
495	l. *Sci*, non Sci.
506	„ *L. Caec. Metell.* II, non *L. Caec. Metell. II*.
514	„ *Turrinus*.
552	„ Cornelius.
559	„ Scipi*o*.
563	„ Sci*pio*.
564	„ Cn. f. non. C. f.
570	est in lapide.
577	Lit. L non est in lapide.
594	l. LIV.
620	„ *Frugi*.
661	„ C. f. C. n.
684	lit. c non est in lap.
714	l. Calvisius.
724	Cluvius.
760	Lit. C est in lap.

Numeri mutandi sunt hi:

69^2 in 69^3, 71^2 in 71^3, 469 in 460, 88^2 in 87^2, 89^1 in 89^3, 332 in 342, 344 in 345, 397 in 396, 362 in 363, 96^4 in 97.

Ceterum pag. 51 et 52 l. P. C. N., non A. C. N.

In reliquo libro, Fastis exceptis, corrigas, quaeso, haec:

Pag. 3. v. 13. l. exstitere, non exstare.
— 5. Verba „Rom. pet.“ verbo „accitum“ postponenda sunt
— 5. v. 3 infra l. eaeque, non idque.
— 6. v. 5 infra l. fasti, non fastri.
— 59. v. 7 l. sunt, non essent.
— — v. 14 infra. l. sequente.
— 68. v. 10 infra. l. ut *ab* ipso Sigonio, et del. v. accipe.
— 71. v. 7 l. depositarum, non depositurarum.
— — v. 2 infra l. insequente.
— 74. v. 17 l. in annum praecedentem — in annum.
— 78. v. 4 l. quoque, non que.
— 82. v. 10 l. gestas, non gestat.
— — v. 12 l. consulum, non consulem.
— — v. 6 infra l. *in* Africam.
— 84. v. 3 infra l. ceterum, non ceteram.
— 87. v. 4 l. quae, non qui.
— 88. v. 6 l. colligantur, non colligitantur.
— 90. v. 15 infra l. synchronismos, non synchronismi.
— 91. v. 12 infra Adde „numeram“, et dele „vidimus — potuisse.“
— 96. v. 2 adde „coss.“ post v. Manilio.
— 102. v. 11 infra l. exhibuerunt, non exhibuerint.
— — v. 3 infra l. adiudicandus.
— 108. v. 5 l. insequente.
— — v. 15 l. complectatur, non complectetur.
— 110. v. 7 infra l. nu- non me-
— 111. v. 13 infra l. crediderim, non crederim.
— 115. v. 4 infra olymd. l. olymp.
— 116. v. 5 l. dicta-, non dica-
— 117. v. 19 l. potuit, non poterit.
— — v. 5 infra l. *Caius sei* quamvis.
— 118. v. 8 l. ea, quae.

Ceterum e. g. pag. 66, 67, 73 distracta sunt verba, passimque versuum in finibus falso abrupta.

Pars I.

Fasti Capitolini.

1. De tempore loco et conditore fastorum capitolinorum.

De tempore fastorum nostrorum duo nobis summi momenti argumenta ab ipsis lapidibus suppeditantur. Antonii enim nomen, quotiescunque in illis legitur, in litura est. Ter comparet nomen illud, et ter elucet, illud olim deletum, postea vero rescriptum esse. Quae litura quum eodem in nomine in alio quoque Colotiano quod dicitur fragmento reperiatur, apparet, eam nec sculptoris errori, nec marmoris parum tractabilis naturae ascribendam esse. Huic observationi si addas, anno u. 723 Cicerone minore consule Senatum statuas Antonii deiecisse, aliaque ipsius ornamenta delevisse [3]): illud primum compertum habebis, ex hoc SC. nomen Antoniae gentis ex marmoribus et nostris et Colotianis exscalptum esse, ideoque lituras illas ab anno u. 723 originem duxisse. §. 1

Quando autem rescriptum fuerit erasum illud nomen, docet fortasse Suetonius, quo auctore Imperator Claudius „*ne Marcum quidem Antonium inhonoratum ac sine grata mentione transmisit, testatus quondam per edictum, tanto impensius petere se, ut natalem patris Drusi celebrarent, quod idem esset et avi sui Antonii.*" §. 2

---

[3]) Vid. Plut. Cic. c. 49. Cfr. Cic. Sext. 14.

Unde colligimus, ex hoc edicto factam esse illam exscalpti nominis restitutionem, sed tamen ea tantum sub conditione, nisi iam antea locum habuerit. Ostendunt igitur primum lituris illis lapides nostri, anno sese 723 exstitisse.

§. 3 At vero iidem lapides, cum Livii et Dionysii Halicarnassensis fastis comparati, sese, quo tempore viri illi scripserint, publice expositos non fuisse docent. Nimia enim est dissensio, qua illi utriusque generis fasti, sculpti scilicet et scripti, distinentur. Quid quod ex ipsius Patavini verbis, eum lapidibus cap. non usum fuisse liquet? Ille enim [4]) „Tanti, ait, errores implicant temporum [5]), aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut nec qui coss. secundum quosdam, nec quid quoque anno actum sit, in tanta vestutate non rerum modo, sed etiam auctorum digerere possis.“ [6]) Ergo quum inde ab anno u. 746, quo tempore et Dionysius et Livius [7]) scribendi initium fecere, fastis nostris nec Dionysio nec Livio uti licuerit: efficitur, ut qui fasti et anno 723 et anno 841 — nam ad eum usque annum procedunt — publice expositi fuere, ut iidem post annum 746 non expositi fuerint.

§. 4 Quae quum constent, videamus, repugnentne illa iis, quae fastorum nostrorum de tempore locoque statuit Cl. Fea. Statuit autem, Octaviano auctore fastos nostros, ab Attico forte compositos, in Jano quodam quadrifronti propositos fuisse. Itaque facile concedimus viro illi doctissimo, Imperatorem Augustum, omnium templorum (ut Livii verbis utamur) aut conditorem aut restitutorem, Janum quoque

---

[4]) L. II. c. 21.

[5]) Fortasse scribendum est: implicant temporum rationes.

[6]) Apparet, Livium consularium tantum annorum rationem habere.

[7]) Vid. Nieb. Tom. III, pag. 327 not. 185.

illum renovasse: sed tamen idem in Octavianum cadere vix crediderim. Obstat enim et ipsius ratio rei, ex qua illum nonnisi pacato orbe pacis sese artibus operibusque dedisse putamus, et hoc Suetonii [8]): „Urbem neque pro maiestate imperii ornatam exeoluit adeo, ut iure sit gloriatus, marmoream se relinquere, *quam lateritiam accepisset.*“ Denique tota Suetonii de operibus publicis ab eo exstructis narratio Imperatorem Augustum, non Octavianum triumvirum postulare videtur. Quare argumento illi ab eraso Antonii nomine petito vix respondet Feae V. D. sententia. Etenim quod post annum 724, quo in urbem rediit Octavianus, exstructum est aedificium, in eo ipso ante hunc annum nec fasti exstare, neque Antonii nomen deleri potuit. — Sed eadem Feae sententia illo ipso profitente cum altero nostro argumento (scriptorum lapidumque discrepantiam dico) plane non congruit.

Quare quum Feae opinionem minime sufficere appareat, quaerendum erit, quibusnam illa rationibus nitatur. Sequitur autem Fea Petrum Ligorium, qui in libro quodam manu scripto, quomodo anno p. Chr. 1547 prima fastorum fragmenta effossa fuerint, accurate narravit. Is, ut diximus, Janum quadrifrontem describit. Panvinio autem, aequali eius, hemicyclium est fastorum aedificium. Cuinam igitur fides habenda? — Ligorium pulchre mehercle! commendat in epistola consulari Norisius, qui „Non possum, inquit, hac ratione omittere insignem Ligorii imposturam, cui familiare fuit, non quidem fictas inscriptiones concinnare, quod Latinam linguam ignorabat, sed e fastis nomina consulum exscribere eaque vetustis inscriptionibus apponere.“ Et eodem in libro: „At norunt eruditi Ligorium, Latini sermonis ignarum, uti eiusdem aequalis Antonius Augustinus in dialogo testatur, la-

---

8) Suet. Oct. c. 28.

boriosissimum quidem, sed plerumque fallacem scriptorem fuisse. Hinc non semel vapulat a Spanhemio, Scheffero, aliis viris eruditis, quibus fucum facere non potuit.“ Quorum virorum catalogum conscripsit Cardinalius, libri Feani in Diario Arcadico censor doctissimus. Ergone Ligorium nostra quoque in re fraudem commisisse putantes, integrum illum Onuphrium Panvinium sequemur? Quod quominus fiat impedit et viri cl. Feae auctoritas, qui Ligorium nunquam quidquam interpolasse αὐτοψίᾳ se testari posse confirmat, et quodammodo ipsa quoque descriptionis illius conditio. Quid autem? Onuphriusne mentitus est? Eum phantasiae suae indulsisse putat Fea, ut qui de Verrio Flacco, fastorum, ut putaret, capitolinorum auctore cogitarit. Verrius enim Suetonio teste in hemicyclo fastos a se ordinatos publicarat. Qui fasti his temporibus detecti non consulares sed calendarii, ut dixi, fasti sunt, id quod ignoravit etiamtunc Panvinius. Sedtamen valde dubito, quin vir ille candidissimus, si revera quadratum aliquod aedificium vidisset, nihilo minus hemicycli de forma verba fecisset. Quamobrem si demonstrari potest, mentitum esse neque Ligorium neque Panvinium, errasse utrumque, magna tunc difficultas remota erit.

§. 5 Itaque necesse est animadvertamus ad haec, quae Fea V. D. citavit, Ligorii verba: „Quum nulla dedita opera fodiebant prope Viam Sacram e regione Fornicis Fabiani nec procul ab altero Jano, Romanis Ab Imo Jano dicto, ubi via sacra discurrit in viam novam et eam, quae olim ad antiquam portam Mugoniam assurrexit — ubi quum detegerentur multa ornamenta architectonica, statim venibant, sicuti boves veneunt macellariis. Unde ad certum usque terminum *dignosci non potuit*, *quid rei esset*. Qua ratione quum tandem fodiendo ad solum appropinquassent, nacti sunt fastorum tabulas.“ His ex verbis primum qui optime novit urbis topographiam Fea

collegit, fragmenta priora eodem quo recentia loco effossa fuisse, scilicet ad latus dextrum s. meridionale aedis Castoris et Pòllucis. Apparet deinde, aedificium illud, cuius ornamenta fodiendo detegebantur, tunc temporis, quum lapides fastis inscripti inveniebantur, qua forma esset certo distingui plane nequivisse. Quare quum satis probabile sit, Panvinium peracto fere toto illo fodiendi opere Romam petiisse, fastorum detectorum rumore accitum, facile, quod voluit videre, id se revera ante oculos habere putavit. Accedit quod nonnisi in „*speciem hemicyclii formam aedificii fuisse seque antea de Jano pervio cogitasse*" Panvinius ipse confitetur.

Ergo mendacii culpa vacat Panvinius. Sed dixeram, §. 6
Ligorium quoque errasse. Erravit sane, quum lapides non Castoris aedi sed Jano suo quadrifronti attribuendos duceret. Haec enim est sententia, qua totus, opinor, quaestionis nostrae nodus solvetur. Illam iuxta aedem Fea ipse et nova et vetera fragmenta effossa fuisse dicit [9]. Ligorii sub oculis indies plura Jani illius rudera ad lucem protrahebantur; ab iisdem operis eodemque loco fragmenta capitolina eruebantur: quid igitur mirum, Ligorium in eo aedificio, *quod insuper solum loco illi ubi fodiebatur adiacebat*, tabulas nostras collocasse? Ad liquidum enim quaestio illa perducitur ab ipso Fea V. D., *nesciente quomodo novorum fragmentorum particulae tam longe salierint, idque ruderibus circumdatae, et narrantis, cum novis demum fragmentis prima Castoris aedis vestigia detecta esse* [10]. Ita apparet, nova fragmenta

---

9) Vid. pag. VII.

10) Pag. CXXI. Per verità la scoperta dei nuovi frammenti è stata fatta dove meno poteva credersi che ne restassero giusta le relazioni del Panvinio e del Ligorio. *Comunque i nuovi frammenti rotti in piccoli pezzi colla mazza siano stati balzati così lontano e in mezzo a calcinacci*, ho voluto

ideoque etiam, ut coniicere licet, vetera longius a Jano illo abfuisse, quam ut cum eo coniuncta fuisse videantur. Elucet denique, Ligorium plane non vidisse Castoris aedem, cui igitur fastos nostros attribuere non potuit.

Documento insuper est ipsius Ligorii descriptio [11]), eum phantasiam suam non satis coercuisse. Namque praeter omnes et magistratus et res gestas, quibus qui servati sunt lapides implentur, acta quoque Augurum, Quindecimvirorum et Aedilium, nomina praeterea et Pontificum et Proconsulum in templo illo consignata non solum fuisse prodit, sed et ubi et quot quaeque in tabulis lecta fuerint accuratissime describit, ita ut iurares, eum aedis illius lapidem quemque suo in loco situm conspexisse. Accedit, quod nova quidem fragmenta certo, vetera indubitate iuxta aedem Castoris inventa sunt. Quare non videmus, cur ei non sint ascribendi fastri nostri, praesertim quum haec sententia duobus illis, quae initio posuimus, argumentis minime repugnet. Quod quo magis perspiciatur, brevem necesse est templi illius historiam proponamus.

---

dimostrare il luogo col dare in rame la pianta del tempio di Castore e Polluce; *giacchè la ricerca dei fasti ha fatto anche scoprire gli avanzi d'un tempio tanto famoso del tempo d'Augusto.*

[11]) Nelle pilastrate, ove nel disegno si veggono i segnati fasti A tanto nella pianta che nelli profili in piedi significano i luoghi dove Augusto scrisse tutti i Duci trionfanti sul carro d'oro, ritornati vincitori nella patria e quelli che avevano ovato nelli minori trionfi. Le quali pilastrate sono 16, otto di fuori, e otto dentro agli archi e scritte con minutissimi caratteri. Nelli spazii segnati B, che sono altri 46 nei lati delli tabernacoli a canto delle sudette pilastrate vi erano scritti i Ludi o giuochi secolari, i Pontefici e gli Atti degli Auguri e de' Quindecimviri e degli Edili curuli. Nelli campi de' tabernacoli segnati C v'erano tutti i supremi Magistrati, che erano in otto gran tavole spaziosissime e che erano 4 di dentro e 4 di fuori dell' arco. Quivi erano i Consoli i Proconsoli i Pretori i Decemviri i Tribuni i Dittatori i Maestri de' Cavalieri.

A. Postumius dictator in fabulosa illa ad lacum Regillum facta pugna aedem Castori votam dedicasse fertur. §. 8 Anno deinde 413 Livio teste [12]) Equitibus Campanis data est civitas, monumentoque ut esset, aeneam tabulam in aede Castoris Romae fixerunt. Idem narrat, anno u. 447 Marcium de Hernicis triumphantem in urbem rediisse, statuamque equestrem in foro decretam esse, quae ante templum Castoris posita sit [13]). Ex his duobus locis apparet, Castoris templum iam antiquitus ad aera publica figenda monumentaque historica asservanda destinatum fuisse. Quod autem veteres brevitatis caussa (uti nos quoque fecimus) aedem nostram Castoris tantum nomine appellabant, quum et Polluci sacra esset, illud salso cuidam dicto inserviit M. Bibulo, Caesaris in aedilitate collegae [14]).

Docet praeterea Cicero [15]), templum illud columnas dealbatas habuisse. Quod quum ita sit, muros quoque non marmoreos fuisse conieceris. Dealbatas enim idem esse, quod calce uda collitas, docet Gruteri inscriptio CCVII, 2: „Lita politaque et calce uda dealbata recte facito" quamvis Fea, interpretatus „intonacate di marmo" et columnas et templum peperino aut topho composita, ab externa parte pulvere marmoreo induta fuisse censeat [16]).

Tradit porro — id quod maxime in rem nostram facit — Suetonius [17]), Tiberium a Germania in urbem regressum, anno scilicet 764, Pollucis et Castoris aedem suo fratrisque nomine de manubiis dedicasse. Quamobrem

---

[12]) Liv. II, 20. Cic. N. D. 3, 5. Liv. VIII, 12.
[13]) Liv. IX, 43.
[14]) Vid. Suet. Caes. 10.
[15]) V. Cic. Verr. act. II l. I, c. 50.
[16]) Vid. Feae qui dicitur Prodromum.
[17]) Suet. Tib. 20.

quum et liberae initio reipublicae ab A. Postumio dictatore et anno a. u. c. 764 dedicatum sit Castoris templum, videmus, Augusti sub auspiciis [18]), Tiberii impensis antiquum illud gloriae Romanae monumentum antea lateritium marmoreum redditum fuisse. Namque duas eiusdem nominis aedes fuisse, quarum altera a Postumio altera a Tiberio dedicata sit, et Concordiae quoque aedem a Tiberio locatam ab antiquo eiusdem nominis templo differre: id ne obiicias, vetant quae de templi nostri situ docuit Cl. Fea [19]), unde colligitur, Postumii et Tiberii templum eodem utrumque loco positum fuisse.

Ex iterata illa dedicatione aedem Castoris incendio combustum fuisse efficimus. Fortasse autem — quam coniecturam amico cuidam acceptam refero — huc trahenda sunt Horatiana illa:

„Cur templa ruunt antiqua Deum?

Quae verba post annum 711 scripta indicant fortasse, Castoris templum quinto saeculo postquam conditum fuerit vetustate collapsum iacuisse. Praeterea Cicerone l. cit. teste, anno 673 L. Sulla Q. Metello coss. P. Junius aedem Castoris habuit tuendam. Anno autem 678 eadem aedes sartis tectis ut quae cognoscenda essent et iudicanda annumeratur. Unde colligo, illis temporibus stetisse quidem Castoris aedem, sed vetustate sublapsam ruinam minitatam esse. Quare Castoris templum sive incendio sive vetustate collapsum est. Sed quaeritur, quando conciderit aedes illa? — Dionysius Halicarnassensis, qui fastis marmoreis non usus est, sese „ἅμα τῷ καταλυθῆναι τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, ἑβδόμης καὶ ὀγδοηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς

---

18) Suet. Oct. c. 29. Quaedam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet et uxoris fecit. Sed et ceteros principes viros saepe hortatus est, ut pro facultate quisque sua monumentis vel novis vel refectis et excultis urbem adornarent.

19) In Prodromo.

ὀλυμπιάδος μεσούσης [20]) Italiam petiisse, et viginti deinde annos Romae commoratum scribendi initium fecisse scribit. Quare anno a. u. c. 722 ol. 187² peregrinationem ingressus, facillime versus finem anni 723, vel adeo initio anni 724 Romam venisse putandus est. Ita vero anno 746, quo primum scripsit, viginti duos annos in urbe versatus erat. Quum autem proelii Actiaci nuncius etiam ipso quo factum erat anno u. c. 721 Romam pervenerit, vix dubito, statim ab initio anni 723 Antonii nomen ex auctoritate illius, quod diximus, Senatusconsulti, ex omnibus publicis monumentis exsculptum esse. Concidit ergo Castoris templum vel anno 723, excepto tamen primo anni huius initio, vel anno 724 ineunte. Livius autem, cuius de vita nihil aliud compertum habemus, nisi eum anno 695 Patavii natum, anno 770 ibidem diem obiisse, Claudium vero adolescentem ad historiam scribendam hortatum esse atque ab Augusto Pompeianum appellari solitum, fortasse haud diu ante annum 763, quo Claudius viginti annos natus erat, Romam venerat, ita ut priorem historiae Romanae partem Patavii confecerit.

Jam addamus pauca de templi quae hodieque servantur et de tabellarum in eo expositarum reliquiis. §. 8

Notum est, prima fastorum fragmenta anno aerae nostrae 1547 una cum iis, quae eodem loco detecta erant, ornamentis architectonicis et columnis a Bonarotio in Capitolio collocata esse „ma confusamente (ut Ligorii verbis utar) sebbene vi erano le colonne rotonde da poterle ristaurare e metterle senza rimpiastrarle, come le hanno appiastrate e tolte dalle sue prime e proprie qualità.“ Quare quum denuo trullissatae prima et vera sua natura privatae sint columnae illae, vix credimus, eas cum iis quorum Fea mentionem facit Castoris templi vestigiis ita

20) Vid. l. I. c. 7.

posse comparari, ut eluceat, eas vel hoc ad templum vel ad Janum quadrifrontem pertinere. Sed Fea V. D. Castoris aedi tres columnas vulgo aedi Vestae attributas ascribendas esse censet [21]). Si ad hanc sententiam pronunciandam ipsarum aedis Castoreae reliquiarum cum his tribus columnis instituta comparatione motus est vir clarissimus, satis verisimile est, ex eorum qui supersunt fundamentorum columnariorum et capitolinorum et cum ipsis templi ruinis nuper detectorum dimensione pro certo confirmari posse, fuerintne columnae capitolinae in aede Castoris nec ne. Neque tamen vereor, columnas et ornamenta quae nunc capitolinorum sub nomine feruntur Castoris aedi abiudicanda esse; docet enim Ligorius, tunc quum fastorum fragmenta effossa sint, omnia quae altiori loco posita ideoque ad Janum illum pertinentia detecta fuerint, variis modis dispersa fuisse, ita ut quae nunc una cum tabulis consularibus asservantur ornamenta architectonica et columnae, eodem in templo fuisse videantur. Sin minus, videremus spurias esse columnas capitolinas.

Ceterum fragmenta nostra Lunensi sive, ut nunc dicunt, Carrarensi ex marmore facta sunt, quod haud diu ante Augustum inventum esse nullo, opinor, iure efficitur ex his Plinii: „Mamurram Praefectum C. Caesaris in Gallia primum totis aedibus nullam nisi e marmore columnam habuisse, omnes solidas e Carystio aut Lunensi.“ Templorum magnificentia privatorum aedificiorum luxui omnimodo antecessit, unde diu ante C. Julium Caesarem (ut taceam de Augusto) marmor Lunense in usu fuisse putamus.

§. 9 Qui Feae V. D. librum norunt, ii mirati fortasse sunt, quod Diodori Siculi, quem et ipsum a lapidibus nostris dissentire dicit Fea, ne verbo quidem mentionem

---

[21]) In Prodromo.

inierim. Sed vix dubito, quin ille aut ipsis fastis marmoreis aut eorum apographo aliquo usus sit.

Semotis igitur omnibus, ni fallor, difficultatibus, §. 10
spretoque Octaviano, iam quaerendum erit, quemnam alium fastorum cap. auctorem accieamus. Atque hic de quonam potius cogitabimus, quam de *C. Julio Caesare*, qui cum historiae iuxta gloriaeque amore ardebat, tum fastos etiam civiles correxit? — Sed quaeret fortasse quispiam, ecquod mihi sit huius rei testimonium? Non est, sed neque de Octaviano ullum exstat, et omnino nullum desideratur. Namque fastorum calendariorum, quibus tota fere anni civilis ratio mutata est, publica expositio tamquam summi res momenti posteris traderetur necesse erat: at vero si fasti consulares, quorum non a nobilissima quaque familia sed a quolibet Romanorum exempla asservabantur — nemo enim nisi fastorum consularium ope annum quemcunque designabat, nemini fastis clarius nobilitatis documentum erat — itaque si fasti consulares marmori incisi et denuo ordinati populo oblati erant: nihil aliud accidisse videtur, quam si his temporibus publicum aliquod horologium bonum illud et accuratum exponatur. Inserviet illud pauperum imprimis commodo, urbis per aliquod tempus sermo erit, sed historiae annales tacebunt.

Constat igitur, fastos consulares Caesaris sub auspi- §. 11
ciis concinnatos, in aede Castoris affixos deinde usque ad templi incendium vel stragem continuatos fuisse. Postea vero Augusti sub auspiciis, Tiberii impensis et templum et fasti denuo comparuere. Sed hic iure nobis opponetur, qua conditione post incendium illud fastos marmoreos fuisse putem, uti, quibus Dionysio Livioque uti non licuerit, iidem anno 766 salvi integrique in vitam redierint. Neque negamus, concidentis templi ruinis maiorem tabularum consularium partem contritam et deper-

ditam esse, sed iam attendas velim ad id quod Fea tradit, varia variarum literarum forma plures sculptores indicari, duplo enim maiorem esse eam qua sint et fastorum triumphalium literae et aliquot fastorum consularium fragmenta, neve omittas, quod Goltzius monet, in fastis consularibus Quinti, in fastis triumphalibus Caii praenomen inditum esse Sulpicio Paterculo, consuli anni 495. Quae mente coniungens, non dissenties, opinor, a sententia nostra; et fastos triumphales et fastorum consularium eam partem, quae iisdem quibus illi literis scripta sit, ad eundem sculptorem pertinere. Quumque Piranesii apographum ostendere videatur, ea fragmenta, in quibus Antonii nomen erasum et postea restitutum conspicitur, ipsis maioribus literis scripta esse, coniicio, solos fastos triumphales atque consularium tabellarum eas tantum partes, quae iisdem quibus fasti triumphales literis scriptae sint, veteris aedis Castoris incendio non periisse. Itaque fasti triumphales una cum aliqua consularium fragmentorum parte Caesari, reliqua minoribus literis scripta Augusto adiudicanda erunt.

§. 12 Quum autem et Caesaris et Augusti fasti publicis utpote optimis monumentis nitantur necesse sit, quumque et triumphales et consulares tabellae Annalium praesertim Maximorum ad fidem compositae sint: apparet, cur in numeris praesertim non dissentiant. Accedit, quod anno 766 etiam vixisse videntur Sosigenes, M. Flavius scriba, alii, quorum auxilio in concinnandis utriusque generis fastis usum fuisse puto C. Julium Caesarem, anno 707. Etenim Feae Atticum, Niebuhrio Varronem fastorum consularium pro conditore habenti accedere nequeo. Vide enim quae infra [22]) exposui.

---

[22]) Vid. §. 75.

Quum Augusto auctore fasti restituti esse videantur, §. 13
eodem fortasse iubente Antoniorum nomen rescriptum est. Tradit enim Suetonius, Augustum Antonio et Cleopatrae communem sepulturae honorem ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici iussisse, eumque Antonii reginaeque communes liberos non secus ac necessitudine iunctos sibi et conservasse et pro conditione cuiusque sustinuisse et fovisse. Quamobrem illud quod supra posui Augusti potius indoli convenisse videtur, quam quod ad Claudii usque tempora Antonius — edicti supra §. 2 descripti verbis utor — inhonoratus relictus fuerit.

In ultimis Augusti annis apertam literarum differen- §. 14
tiam distingui testatur et Borghesius, summa dignus fide, et Piranesii apographum. Id quod optime facit in rem nostram. Etenim si anno 764 Tiberius templum dedicavit, tabulae consulares etiam annum 763 et si maximum sumas anni 764 initium consignatum praebuerunt. Reliqua igitur Augusto vivente continuata esse videntur.

Ultima fastorum verba haec sunt: Anno p. R. c. 841 ex SC. ludi saec. facti sunt. Quare attendas velim ad id, quod Tacitus [23]) *Vespasiano II et Tito coss. SC. factum*, tradit, *ut sorte ducti fastos adulatione temporum foedatos exonerarent, aeraque legum noscerent figerentque.* Quem Taciti locum tametsi minime ad nostros fastos refero (nam in calendarios tantum fastos cadit adulatio illa, ut quorum singulis diebus si quid magni a Principe sive ab alio quoque nobilissimo viro gestum erat ascribi solebat —) illud tamen inde concludo, sicuti et Caesar et Augustus [24]) non calendariis solum, sed consularibus quoque fastis operam dederint, eodem

[23]) Hist. IV, 40.

[24]) Suet. Oct. 31.

modo Domitianum, a quo fasti calendarii restituti sint, etiam nostros fastos ad finem usque complevisse.

Ergo — ut quae diximus paucis complectamur — fasti capitolini, Caesaris iussu et ope compositi, in vetere Castoris aede collocati erant. Ab anno deinde, quo positi erant, 707 usque ad annum u. c. 723 continuati, hoc anno una cum templo incendio s. vestutate collapsi iacuerunt. Postea vero quam Augustus Tiberio templi illius restituendi curam demandarat, una cum aede fasti quoque in vitam rediere. Infami autem Neroniano incendio Castoris quoque aedes contacta est, ita tamen ut solum lacunar ligneum arsisse videatur et Feae et P. Donatio VV. DD. quibus nos lubenter assentimus.

2. Fasti Consulares Capitolini.

Olym|

Ol. 67 L. f. Egeri n. Collatin
bdic. in e. l. f. e.
l. f. qui in hoc honore
appell. e.

Ol. 68 . f. Tricipitinus
Ol. 68 . f. Pulvillus II
Ol. 68 Aquilinus
Ol. 68 Q. f. Tubertus
Ol. 68 . f. Tricipitin II
Ol. 69 s C. f. Lanat
Ol. 69 Viscellinus
Ol. 69 Rufus.
Dict.
rei ger. caussa.
us Mag. eq.
Ol. 70 Longus in m. m. e.
Ol. 70 Geminus Cicurin
Ol. 70 (Volcula) Siculus
Regill. Dict.
rei gerund. caussa
Mag. eg.
Ol. 70 Augurinus
Ol. 71 Tricost. Caeliomontan.
Ol. 71 P. f. Priscus Struct.
Ol. 71 T. Veturius Gemin. Cicurin
i Dict.
ll. e. sedit. sedand. c.
t. Mag. eq.

Olyn

Ol. 7 Cassius Viscellinus II
Ol. 7 Minucius Augurinus.
Ol. 7 empronius Atratin II
Ol. 7 Larcius Rufus II
Ol. 7 inarius Mamercin Rufus
Ol. 7 Furius Medullin Fusus
Ol. 7 icinius Sabinus
Ol. 7 Cassius Viscellinus III
Ol. 7 Cornelius P. f. Maluginens. Coss.
Ol. 74 abius K. f. Vibulanus
Ol. 74 alerius Vol. f. Potit. Volus.
Ol. 74 abius P. f. *Vibulanus II*
Ol. 74 urius f. *n. Fusus*
Ol. 75 abius K. f. *Vibulanus II*
Ol. 75 erginius T. *f. T. n. Tricost. Rutil*
Ol. 75 rvilius Struc*tus Ahala*
ag. mort. e. *in eius loc. f. e.*
rnelius Lentulus *Esquilinus*
Ol. 75 enenius Agrip. f. C. n. *Lanatus*
Ol. 76 ervilius Str*uctus*
Ol. 76 utius Sp. f. Sp. n. R*utilus*
Ol. 76 rius Medullin Fusus. lustrum f. VIII
Ol. 76^4 c. Julius C. f. L. n. Vulscus. Julus
Ol. 77^1 rius Medullinus Fusus.
Ol. 77^2 laudius M. f. Ap. n. Sabin. Regill.
Ol. 77^3 milius L. f. Mam. n. Mamerc.
Ol. 77^4 umicius Priscus
Ol. 78^1 rvilius Q. f. P. n. Prisc. Struct
Ol. 78^2 bius M. f. K. n. Vibulan
Ol. 78^3 rvilius Q. f. P. n. Prisc. Structus II
Ol. 78^4 inctius Capitolin Barbat III l. f. IX
Ol. 79^1 'urius Medullin Fusus
Ol. 79^2 butius T. f. T. n. Elva in m. m. e.

9

O T. Veturius T. f. P. n. Gemin Cicurin

O Ser. Sulpicius Ser. f. P. n. Camerin Cornut

O C. Claudius Ap. f. M. n. Crassin

Sabin

O L. Cornelius Ser. f. L. n. *Maluginesis Uritin*

O f. *n. Carventanus*

in mag. mortuus est. in eius l. f. est

L. Minucius P. f. M. n. Esquilin Augurin

ncinnat Dict.

rei gerundae caussa

accus Mag. eq.

O *Q. Minucius P. f. M. n. Esquilinus*

O *Sp. Verginius A. f. A. n. Tricost. Caeliomont*

O *C. Veturius P. f.* Geminus *Cicurinus*

O *A. Aternius Varus Fontinalis*

O *P. Curiatius* f. *n. Fstus. Trigemin*

O *T. Menenius* Agripp. *f. Agripp. n. Lanatus*

O *T. Genucius* L. f. L. n. *Augurinus*

imperio fierent.

us scribundis facti *eod. anno*

os. fuer. Ser. Sulpicius Ser. f. Ser n. Camerin Cornut

P. Sestius Q. f. Vibi n. Capitol. Vaticanus

Curiatius Fjstus Trigemin

T. f. T. n Rocus Vatican

stumius A. f. P. n. Albus Regill.

O *III* Q. Fabius M. f. K. n. Vibulan

elius Libo Visolus

us Longus

p. Oppius Cornicen

leius

O M. Horatius M. f. M. n. Barbatus

O T. Verginius T. f. Tricost. Caeliomontan

Olymp.	A.C.N.	
Ol. 83^2	447	Julus
Ol. 83^3	446	Barbat IV.
Ol. 83^4	445	Philo
Ol. 84^1	444	
		pot.
		Atratinus
Ol. 84^2	443	itolin Barbat V
		atin. l. f. XI
Ol. 84^3	442	a Cornicen
Ol. 84^4	441	Crassus
Ol. 85^1	440	ip. n. Lanatus
Ol. 85^2	439	itolin Barbat VI
		sedandae caussa
Ol. 85^3	438	
Ol. 85^4	437	erinus III
Ol. 86^1	436	Crassus
Ol. 86^2	435	Tricostus
		g. c.
		in l. f. XII
Ol. 86^3	434	

Tr. mil.

ct.

rei ger. c.

ag. eq,

r. mil.

Julius Mento

rei g. c.

eq.

ulius Vopisci f. Julus.

Sergius C. f. C. n. Fidenas II

Quinctius L. f. L. n. Pennus Cincinnat II

Servilius *Q.* f. C. n. Structus Ahala

Po*stumius* A. f. A. n. Albus Regillens Tr. mil.

*Cor*nelius M. f. L. n. Cossus.

cin III Dict

rei g. c.

sus Mag. eq.

Furius Sp. f. Medullin II Tr. mil.

Horatius Barbatus

Nautius Sp. f. Sp. n. Rutilus

Julius Julus

Papirius Crassus l. f. XIII

Fabius Q. f. M. n. Vibulanus

Antonius T. f. Merenda Tr. mil.

Servilius Structus

Fabius Q. f. M. n. Vibulan

*Manl*ius A. f. Cn. n. Vulso Capitolin Tr. mil.

*Sempro*nius L. f. A. n. Atratin II

Olymp.	A.C.N.				
Ol. 90^2	419	33	. f. Sp. n.	Rutilus	
			f. C. n. Structus.	Axilla	
Ol. 90^3	418	33			
			Dict.		
			rei g. c.		
			q.		
			M. f.	Mamercin l. f. XIV.	
Ol. 90^4	417	33		Structus II.	Tr. mil.
			f. Sp. n.	Crassus Cicurin	
Ol. 91^1	416	33	f.	Mugillanus II	Tr. mil.
			f. Sp. n.	Rutilus II	
Ol. 91^2	415	33	f. L. n.	Cincinnat	Tr. mil.
			M. n.	Vibulan	
Ol. 91^3	414	33	. f. M. n.	Cossus	
			P. n.	Potit	
Ol. 91^4	413	34	. M. n.	Cossus	
Ol. 92^1	412	34		Pacilus	
Ol. 92^2	411	33		Rutilus	
Ol. 92^3	410	34	Volusi n.	Potit Volusus	
Ol. 92^4	409	34	Sp. n.	Medullin II	
Ol. 93^1	408	34			
			gerundae caussa		
Ol. 93^2	407	346	*f. Q. n.*	***Ahala II***	***Tr. mil.***
			f. M. n.	***Vibulanus II***	
Ol. 93^3	406	347	*f. P. n.*	***Potitus II.***	***Tr. mil.***
			f. Q. n.	***Ambustus.***	

M'Aimilius Mam. f. M. n.	*Mamercinus*	
L. Junius L f Sp. n.	*Medullinus II*	*Tr. mil.*
A. Manlius A. f. Cn. n	*Vulso Capitolin*	
Sp. Nautius Sp. f. Sp. n	*Rutilus III*	*Tr. mil.*
C. Valerius L. f. Vol. n.	*Potitus Volus III*	
M'Sergius L. f. L. n.	*Fidenas*	
M. Furius	*Fusus*	
L. Julius Sp. f. Vopisci n.	*Julus*	*Tr. mil.*
L. Valerius L. f. P. n.	*Potitus III*	
M. *Postumius A. f. A. n.*	*Albinus. Regillens l. f. XVI.*	
Q. Sulpicius Ser. f. Ser. n.	*Camerin Cornut*	
A. Manlius A. f. Cn. n.	*Vulso Capitol II.*	*Tr. mil.*
M'. Sergius L. f. L. n	*Fidenas II*	
L. Julius L. f. Vopisci n	*Julus*	
M'Aimilius Mam. f. Mam. n.	*Mamercin III*	*Tr. mil.*
K. Fabius M. f. Q. n.	*Ambustus II*	
P. Maelius Sp. f. C. n.	*Capitolinus*	
Sp. Furius L. f. Sp. n.	*Medullinus*	*Tr. mil.*
L. Poblilius P. f. Voler n.	*Philo Vulscus*	
C. Duilius K. f. K. n.	*Longus*	
M. Veturius Ti. f. Sp. n.	*Crass. Cicurin*	*Tr. mil.*
Voler Poblilius P. f. Voler n.	*Philo*	
L. Furius L. *f. Sp. n.*	*Medullin III*	
Q. Servilius Q. f. P. n.	Fidenas II	Tr. mil.
Q. Sulpicius Ser. f. Ser. n.	Camerin Cornut II	
L. Sergius M' f. L. n.	Fidenas	Tr. mil.
P. Cornelius P. f. M. n.	Maluginens	
A. Manlius A. f. Cn n.	Vulso Capitol III	
Q. Manlius A. f. Cn. n.	Vulso Capitol	Tr. mil.
Cn. Genucius M. f. M. n.	Augurinus II in pr. o. e.	
A. Atilius L f. L. n.	Priscus II	

Dict.
rei g. c.
is Mag. eq.

Olymp.	A.C	
Ol. 96²		n. Medullinus V Tr. mil.
		n. Fidenas III
		n. Lactucin Maxum
Ol. 96³		n. Poplicola Tr. mil.
		nus Regillensis
		Scipio II
Ol. 96⁴		inensis Cossus
		unt
		Sp. n. Camerin
		pisci n. Julus l. f. XIIX
		est in e. l. f. e.
		P. n. Maluginens
Ol. 97¹		*A. n.* Capitolinus.
Ol. 97²		*M. n.* Mamercin. Tr. mil.
		r. f Fusus
		i. n. Mamercinus
Ol. 97³		n. Ambustus Tr. mil.
		n. Ambustus IV
		n. Ambustus II
		i gerund. caussa
Ol. 96⁴		gillensis Albinus Tr. mil.
		n. Poplicola II
		gerund. causs.
Ol. 98¹		Corvus Tr. mil.
		tinus. Flavus
		Rufus
Ol. 98²		Lanatus
		n. Poplicola III Tr. mil.

us Cincinnat Capitolin
s Pulvillus
s L. f. L. n. Potit Poplicola
us Cincinnat Capitol II
s Cursor II Tr. mil.
Fidenas II

edit. causa

L. f. Sp. n. Camillus V
elius P. f. M. n. Maluginens II Tr. mil.
us L. f. L. n. Potit Poplicola II
ius Flavus Tricipitin III Tr. mil.
us Mam. f. M. n. Mamercin IV
nius
ius C. f. Crassus
us M. f. Crassus
elius P. f. M. n. Maluginens III
ius Flavus Tricipitin IV
s K. f. M. n. Ambustus Tr. mil.
nius Regillens Albin II
Cus Mam. f. M. n. Mamercin
nius Lanatus II Tr. mil.
rius L. f. L. n. Cursor
nelius P. f. M. n. Maluginens IV
us Regillens. Albin. in m. m. e.
Dict.
rei g. c.
Mag. eq.
Cnus
lius Tr. mil.
stius Ti. n.
onius
Clius Siculus

Olymp.

Pulvillus Tr. mil.
Macerinus
lus l. f. XVIII.
Ol. 100[4] Cincinnat. Capit. III
Cincinnat Tr. mil.
f. L. n. Potit Poplicola IV
Ol. 101[1] Praetextat II
P. n. Calvus Tr. mil.

Ol. 101[2]
Ol 101[3]
Ol. 101[4] Caeliomontan
Ol. 102[1]
Ol. 102[2]

dedicavit.
Ol. 102[3] L. n. Potit Po*plicola V*
Prae*text. III* *Tr. mil.*
. f. M. n. Ma*luginens VI*
Ol. 102[4] Ma*luginensis*
Cincinnat
M. n. Ambustus II
Ol. 103[1] *f. C. n. Structus*
f. C. n. Crassus Tr. mil.
Sp. n. Crassus Cicurinus

erundae caussa

n eorum locum facti sunt.

. sedandae et r. g. c.
eq.
Ol. 103[2] *Crassus Cicurinus II*

Ol

L. f. L. n. Petitus Poplitola VI. Tr. mil.
A. f. A. n. Capitolinus

rei gerundae caussa

pti

Ol. 1 Sex. f. N. n. Sextin Lateran
us e plebe
Albinus C. Sulpicius M. f. Q. n. Peticus
Ol. 1 us Q. f. Q. n. Ahala
Ol. 1 C. f. P. n. Calvus
Ol. 1 ius M. f. M. n. Aventinensis
ict.
clavi fig. caussa
eq.
us Sp. f. L. nepos Medullinus l. f. XX.
Ol. 1 us M. f. Cn. n. Aventinensis II
s Dict.
rei gerundae caussa
ag. eq.
Ol. 1 us M. f. Q. n. Peticus II.
s Dict.
rei gerund. caussa
eq.
Ol. 1 f. Q. n. Libo Visolus
Dict.
rei gerund. caussa
Mag. eq.
Ol. 1 A. n. Capitolin. Imperioss.
Ol. 1 P. n. Proculus

ndae caussa

Olymp.	A.	
Ol. 105[4]	3	1. Capitolin Imperioss II
Ol. 106[1]	3	n. Laenas II
		:undae caussa
Ol. 106[2]	3	1. Poplicola
Ol. 106[3]	3	ennus Capitolin Crispin
Ol. 106[4]	3	1. Poplicola II
Ol. 107[1]	3(	1. Rutilus II
		:aussa
Ol. 107[2]	34	ennus Capitolin Crispin II
		ssa
		L. f. C. n. Rutilus l. f. XXI
		primus e plebe
Ol. 107[3]	35	Scipio
Ol. 107[4]	34(	. n. Crass. Regillens in m. m. e.
		m praetura *abiit Dict.*
		comit. habend. caussa
Ol. 108[1]	348	*. n. Corvus*
		Dict.
		nit. habend. caussa

Olymp.

Ol. 108^2 . n. *Imperioss* *Torquatus*

Ol. 108^3 . n. Libo *Visolus*

Ol. 108^4 Camerin Rufus

.

q.

Ol. 109^1 Imperioss Torquat II

Lat. c.

Ol. 109^2

. n. Cossus Arvina

M. f. C. n. Laenas l. f. XXII.

Ol. 109^3 Rutilus IV

c.

eq.

Ol. 109^4 . f. L. n. Mamercin Privernas abdicarunt.

Ol. 110^1 . f. Mus

ra abiit Dict.

rei g. e.

Mag. eq.

Ol. 110^2 . n. Philo

c.

Ol. 110^3 nepos

Ol. 110^4 Paitus

rei g. c.

Ol. 111^1 nepos

Ol. llius M. f. Regulus

Dict.

comit. habend. caussa

eq.

Ol. ostumius Albinus

Ol. oetelius C. f. C. n. Libo Visolus II

Ol. Domitius Calvinus

Dict.

rei g. c.

lag. eq.

ostumius Albinus l. f. XXIII

Ol. alerius C. f. C. n. Potit. Flaccus

rei g. c.

Ol.

Ol. lautius Venno

Ol. lautius P. f. P. n Decianus.

ornelius P. f. Scapula.

Ol. 1

ublilius Q. f. Q. n. Philo II

end. caussa

Ol. 1

Ol. 1 irius Mugillanus

Ol. 1 lus Brutus. Scaeva

rei g. c.

Oly

oset. abd. in c. l. f. c.

runt.

Ol. 11f. M. n. Cerretan

Ol. 11f. L. n. Curvus

dorum Rom. caussa

Ol. 11 Albinus II

it. hab caussa

t. hab. caussa

Ol. 11 f. Q. n. Philo III

uaestionum exerc. caussa

g. c.

Dict.

rei g. c.

eq.

Ol. 11 Q. f. M. n. Cerretanus II

autius P. f. P. n. Decian. abdicar.

Ol. 11 *us C. f. M. n. Flaccinator*

us P. f. P. n. lustrum fecer XXV

Ol. 11 *C. f. C. n. Bubulcus Brutus*

Ol. 11 *dius M. f. M. n. Laenas*

Ol

II Dict.

rei ger. c.

Mag. eq.

Ol. *iblilius P. f. Q. n.* *Philo IV*

nus *Dict.*

rei g. c.

occisus est. in eius. l. f. s. *Mag. eq.*

Mag. eq.

Ol. *lpicius S. f. Q. n.* *Longus III*

t.

rei gerund. causa

eq.

Ol. *nius C. f. C. n. Bubulcus Brutus II*

t.

rei g. c.

eq.

Ol. 1 *cius P. f. Q. n* *Mus*

ct.

rei g. c.

g. eq.

lautius C. f. C. n. qui in hoc l. f. XXVI honore Venox appellatus est

Ol. 1 *milius Q. f. L. n. Barbula II*

Ol. 1 *rcius C. f. L. n. Rutilus qui postea Censorinus appellatus est*

Ol. 1

ei gerund. causa

eq.

t. sine cos fuerunt

Ol. 1 *bius M. f. N. n. Maxim. Rullian III*

Ol. 1 *lumnius C. f. C. n. Flamma Violens*

nius C. f. C. n. Bubulc. Brutus l. f. XXVII

Ol. 1 rnelius A. f. P. n. Arvina

ict.

comit. habend. caussa

eq.

Olymp.	A.C.N.	
Ol. 118^{4}	305	rin in proel. o. e. in e. l. f. e.
		. n. Corvus Paetinus
Ol. 119^{1}	304	f. P. n. Saverrio
		n. Mus l. f. XXVIII
Ol. 119^{2}	303	M. n. Aventinensis
Ol. 119^{3}	302	. n. Paullus
Ol. 119^{4}	301	
Ol. 120^{1}	300	M. n. Corvus V
Ol. 120^{2}	299	T. n. Torquatus
		est. in e. l. f. e.
		M. n. Corvus VI
Ol. 120^{3}	298	Cn. n. Maxim. Centumalus
Ol. 120^{4}	297	. n. Mus *III*
		i postea se devovit
Ol. 121^{1}	296	C. n. Flamma Vio*lens* *II*
Ol. 121^{2}	295	. n. Mus IV
		hoc. mag. se *devovit*
Ol. 121^{3}	294	M. n. Regu*lus*
		. n. Rutilus l. f. *XXX*
		ea Censorinus appel*l*. *est*
Ol. 121^{4}	293	C. n. Maximus
Ol. 122^{1}	292	Brutus Scaeva
		. caussa

Ol. Iunius C. f. C. n. **Brutus Bubulc**
Ol. Curius M' f. M' n. **Dentatus**
Ol. Valerius M. f. M. n. **Maxim Corvin**
Volumnius C. f. C. n. **Flamma Violens l. f. XXXI**
Ol. Cornelius A. f. P. n. **Arvina II**
Ol. Nautius Sp. f. Sp. n. **Rutilus**
t. in m. m. e.
sedit. sedand. caussa
ç. eq.

I Dict.
r. g. c.
Mag. eq.
Ol. Aelius P. f. P. n. Paetus
Ol. Aimilius Q. f. Q. n. Lepidus
Ol. Caelius C. f. Metell. *Denter*
Ol. Domitius Cn. f. Cn. n. *Calvin Maxim*
Caedicius Q. f. n. *Noctua abd.*
Ol. Aimilius M. f. *Papus*
Ol. Marcius Q. f. Q n. *Philippus*
Ol. Coruncanius Ti. f. Ti. *n.*
Max. *Dict.*
comit. f. c.
Mag. eq.
Domitius C. f. C. n. Calvin Max l. f. XXXII
eaquam dictatura abiit
Ol. Decius P. f. P. n. Mus in pr. oc. e.
Ol. Aimilius M. f. Papus II
Ol. Iunius C. f. C. n. Brutus Bubulcus II
Ol. Genucius Clepsina

clavi fig. c.
l.

Olymp.	A.C.		
Ol. 126^{2}	27	l. f. Ser. n.	Lentulus qui in hoc honore
		s appell. e.	
		f. Papus l. f. XXXIII	
Ol. 126^{3}	27		Merenda
Ol. 126^{4}	27	f. C. n.	Canina II
Ol. 127^{1}	27	f. C. n.	Maximus II
		f. L. n.	Cursor l. f. XXXIV
Ol. 127^{2}	27		Clepsina.
Ol. 127^{3}	27	L. f. Cn. n.	Blasio
Ol. 127^{4}	26	A. n.	Pictor.
Ol. 128^{1}	26	Ap. f. C. n.	Crassus
Ol. 128^{2}	26	L. n.	Libo
Ol. 128^{3}	26	M. n.	Pictor
Ol. 128^{4}	26	. f. M. n.	Vitulus
		f. L. n. Rutilus II qui l. f. XXXV	
		nore Censorinus appell. e.	
Ol. 129^{1}	26	*f. M. n.*	*Flaccus*
Ol. 129^{2}	26	*C. f. M' n.*	*Crassus*
		fig. caussa	
Ol. 129^{3}	26	*Q. f. M. n.*	*Vitulus*
Ol. 129^{4}	26	*C. f. M' n.*	*Crassus*
Ol. 130^{1}	26	*. f. M. n.*	
Ol. 130^{2}	25	*M. f. C. n.*	*Florus*
Ol. 130^{3}	25	*Q. f. Q. n.*	*Paterculus*
		L. f. Cn. n. Scipio l. f. XXXVI	

4*

Olymp.

Ol. 130⁴ elius Cn. f. L. n. Blasio

Latinar. fer. caussa.

f.

Ol. 131¹ *cius Q. f. Q. n. in mag. mort. e,*

ocum factus est

s M. f. L. *n.* *Regulus II*

Ol. 131² *ius M. f. L. n.* *Paullus*

Ol 131³ *s A. f. C. n.* *Calatinus II*

Ol. 131⁴ *onius Ti. f. Ti. n.* *Blaesus*

nius L. f. L. n. Megell. idem qui pr. erat in mag. m. e.

Ol. 132¹ *ius Q. f. Cn. n.* *Geminus*

onius P. f. P. n. Sophus l. f. XXXVII

Ol. 132² *s C. f. C. n.* *Pacilus*

Ol. 132³ *us A. f. P. n.* *Vulso II*

Ol. 132⁴ *C. f. L. n.* *Pullus*

coact. abd.

caussa

Ol. 133¹ *ius Q. f. Cn. n.* *Geminus II*

Ol. 133² *s M. f. M. n.* *Buteo*

s T. f. T. n. Torquat Attic l. f. XXXVIII

Ol. 133³ *s C. f. M. n.* *Licinus*

mit. hab. caus.

Ol. 133⁴ *s A. f. A. n.* *Bulbus*

Ol. 134¹ *onius Ti. f. Ti. n.* *Blaesus II*

Ol. 134² *us C. f. Ser. n.* *Gallus*

Ol. 134³ *nius A. f. L. n.* *Albinus*

Olymp.	A.C.N.			
Ol. 134^{4}	241	512		*Cerco*
			Buteo l. f.	XXXIX
Ol. 135^{1}	240	513	*M. n.*	*Tuditanus*
Ol. 135^{2}	239	514	*n.*	*Falto*
Ol. 135^{3}	238	515	*n.*	*Falto*
Ol. 135^{4}	237	516	*n.*	*Flaccus*
Ol. 136^{1}	236	517	*n.*	*Varus*
			n.	*Cerco in m. m. e.*
Ol. 136^{2}	235	518	*n.*	*Bulbus II*
Ol. 136^{3}	234	519	*C. n.*	*Maximus*
			L. n.	*Albinus l. f. XL*
Ol. 136^{4}	233	*DX*	*M' n.*	*Matho*
Ol. 137^{1}	232	521	*n.*	*Malleolus*
Ol. 137^{2}	231	522	*n.*	*Maso*
			caussa.	
			n.	*Flaccus vit. facti abd.*
Ol. 137^{3}	230	523		*Pera*
			M. n.	*Tuditan l. f. XLI*
Ol. 137^{4}	229	524	*n. n.*	*Centumalus*
Ol. 138^{1}	228	525	*n.*	*Maxim. Verrucos II*
Ol. 138^{2}	227	526	*n.*	*Regulus*
Ol. 138^{3}	226	527	*n.*	*Fullo*
Ol. 138^{4}	225	528	*n.*	*Regulus*
			n.	*Pera l. f. XXXII.*
Ol. 139^{1}	224	529	*n.*	*Flaccus II*
			caussa	
Ol. 139^{2}	223	*DX*	*. n.*	*Philus*
Ol. 139^{3}	222	531	*M. n.*	*Marcellus*

Minucius P. f. Q. n. Rufus

Dict.

comit. hab. caussa.

Mag. eq.

locum facti sunt

.utatius C. f. C. n. Catulus

loc. facti sunt

Valerius P. f. P. n. Laevinus

.aminius C. f. L. nepos

imilius M. f. M. n. Paullus

alterum.

Sempronius C. f. C. n. Longus

Flaminius C. f. L. n. II. in mag. in proelio occisus est in eius l. f. e.

Atilius M. f. M. n. Regulus II

Dict.

interregni caussa

. eq.

Dict.

comit. hab. caussa

. eq.

Terentius C. f. M. n. Varro

Dict.

rei gerund. caussa

'ag. eq.

Mag. eq. Senat. leg. caussa

Postumius A. f. A. n. Albinus III

c in ***praetura in Gall. occis***

s quod antequam ciretur

'oelio ***occis. est. in eius l. f. e.***

Claudius M. f. M. n. Marcellus II

vitio fact. abd. in eius loc. fact. est

Fabius Q. f. Q. n. Maxim. Verrucossus III

Olymp.	A.C	
Ol. 141^3	2	f. M. n. Marcellus III
		M. n. Philus in m. m. e.
Ol. 141^4	2	Ti. f. Ti. n. Gracch II
		b. caussa.
Ol. 142^1	2	f. Ap. n. Pulcher
Ol. 142^2	2	f. Cn. n. Centumalus
Ol. 142^3	2	f. M. n. Marcellus IV
		hab. caussa
		. P. n. Crassus Dives abd.
Ol. 142^4	2	Q. n. Flaccus IV
		C. f. C. n. Tuditanus l. f. XLIV
Ol. 143^1	2	f. Pennus Capitolin Crispin
		nag. mort. e.
		it. hab. et lud. magn. caussa
		qui idem aed. cur. erat.
Ol. 143^2	2	*f. M. n.*
		hab. caussa
Ol. 143^3	2	*L. n. Philo*
Ol. 143^4	2	*P. Licinius P. f. P. n. Crass Dives*
		d. caussa.
Ol. 144^1	1	*C. f. C. n. Tuditanus*
		f. Ti. n. Nero l. f. XXXXV
Ol. 144^2	1	*f. P. nepos.*
		habend. caussa.

Servilius C. f. P. n. Pulex Geminus

comit. habend. caussa

eq.

Ællius Q. f. P. n. Paitus

icum.

Aurelius C. f. C. n. Cotta

illius Ti. f. Ti. n. Tappulus

Ællius Q. f. P. n. Paitus l. f. XXXXVI

Ællius Q. f. P. n. Paitus Catus

Minucius C. f. C. n. Rufus

Claudius M. f. M. n. Marcellus

Valerius P. f. L. n. Flaccus

empronius Ti. f. C. n. Longus

ornelius L. f. M. n. Cethegus l. f. XXXXVII

Minucius Q. f. L. n. Thermus

Domitius L. f. L. n. Ahenobarbus

num.

ornelius Cn. f. L. n. Scipio Nasica.

aelius C. f. C. nepos

Fulvius M. f. Ser. n. Nobilior

M. Claudius M. f. M. n. Marcell. l. f. XXXXVIII

Valerius M. f. M'. n. Messalla

laminius C. f. C. nepos

Marcius L. f. Q. n. Philippus

empronius M. f. C. n. Tuditanus

orcius L. f. M. n. Licinus

Porcius M. f. Cato l. f. XXXXVIIII

Claudius M. f. M. n. Marcellus

Baebius Q. f. Cn. n. Tamphilus

Baebius Q. f. Cn. n. Tamphilus

Olymp

Ol. 150[1] *purnius C. f. C. n. Piso in m. m. e. in e. l. f. e.*
lvius Cn. f. M. n. Flaccus
Ol. 150[2] *lvius Q. f. M. n. Flaccus*
uerunt.
lvius M. f. Ser. n. Nobilior lustr. f. L
Ol. 150[3] *nlius Cn. f. L. n. Vulso*
Ol. 150[4] *npronius P. f. Ti. n. Gracchus*
Ol. 151[1] *llius C. f. Q. n. Spurinus in mag. postea quam sibi conleg. subrog. occis. e.*

Ol. 151[2] *ailius M. f. M. n. Lepidus II*
Ol. 151[3] *cius Q. f. P. n. Scaevula*
tumius A. f. A. n. Albinus lustr. f. LI
Ol. 151[4] *illius P. f. P. n. Laenas*
Ol. 152[1] *us P. f. P. n. Ligus*
ebe

m.

Ol. 152[2] *nius C. f. C. n. Longinus*
Ol. 152[3] *ius C. f. C. n. Serranus*
Ol. 152[4] *vilius Cn. f. Cn. n. Caepio*
pronius P. f. Ti. n. Gracchus l. f. LII
Ol. 153[1] *nius C. f. P. n. Crassus*
Ol. 153[2] *ius M. f. M. n. Pennus*
Ol. 153[3] *udius M. f. M. n. Marcellus*
Ol. 153[4] *tavius Cn. f. Cn. n.*
Ol. 154[1] *sius L. f. Q. n. Longinus in m. m. e.*
cius L. f. Q. n. Philippus l. f. LIII
Ol. 154[2] *ntius T. f. T. n. Thalna*
Ol. 154[3] *cius C. f. Q. n. Figulus.*
loc. facti sunt
mitius Cn. f. L. n. Ahenobarbus.
Ol. 154[4] *nius C. f. C. n. Strabo*

Olymp.	A.	
Ol. 155[1]	ius *C. f. C. n.*	*Cethegus*
Ol. 155[2]	ı *M. f. M. n.*	*Nobilior*
	us P. f. P. n.	*Laenas l. f. LIII*
Ol. 155[3]	*ıs P. f. P. n.*	*Laenas II*
Ol. 155[4]	*ı L. f. L. n.*	*Orestes*
Ol. 156[1]	ı *C. f. Q. n.*	*Figulus II*
Ol. 156[2]	*ıs M. f. M. n.*	*Marcell. II*
Ol. 156[3]	*ius Sp. f. L. n.*	*Albin in m. m. e. in e. l. f. c.*
	M' f. C. n.	*Glabrio.*
	C. f. C. n.	*Longinus lustr. f. LIV*
Ol. 256[4]	ı *T. f. T. n.*	**Luscus Fusus**
Ol. 157[1]	ı *L. f. P. n.*	Flaccus in *mag. m. e.*
Ol. 157[2]	*ius A. f.* Sp. n.	Al*binus*
Ol. 157[3]	ı *L. f. K. n.*	*Balbus*
	ım.	
Ol. 157[4]	*ıs P. f. P. n.*	
Ol. 158[1]	*ius C. f. C. n.*	*Piso* Caes*onin*
Ol. 158[2]	ı*Mamiliani. f. M.* n.	*Drusus*
	ı *C. f. C. n.*	*Censorin.* l. *f. LVI.*
Ol. 158[3]	*ıs* L. *f. L. n.*	Achaicus
Ol. 158[4]	ıs A. f. *L. n.*	Manc*inus*
Ol. 159[1]	ıs L. f. L. *n.*	*Cotta*
Ol. 159[2]	ıs Q. f. L. n.	Metell *Macedonicus*
Ol. 159[3]	Q. f. Q. n.	Maxim Ser*vilianus*
	L. Mummius L. f. L. n.	Achaic. l. *f. LVII.*
Ol. 159[4]	us A. f.	nepos
Ol. 160[1]	is Cn. f. Cn. n.	Caepio
Ol. 160[2]	ı M. f. P. n.	Laenas
Ol. 160[3]	M. f. M. n.	Brutus qui postea Callaicus appell. e.
Ol. 160[4]	ı A. f. L. n.	Man*cin*us abd.

Olymp.	A.C.N	
Ol. 161[1]	136	l. f. C. n. *Serranus*
		f. M. n. Nobilior *l. f. LVIII*
Ol. 161[2]	135	C. f. Cn. n. *Piso*
Ol. 161[3]	134	f. Q. n. *Flaccus*
Ol. 161[4]	133	L. f. C. n. Piso. *Frugii*
Ol. 162[1]	132	*P. f. P. n.* Calvus
Ol. 162[2]	131	. f. P. n. Flaccus. Flam. Mart.
		A. f. Ruf. l. f. LIX
Ol. 162[3]	130	M. f. nepos.
Ol. 162[4]	129	M'. f. M'. n.
Ol. 163[1]	128	f. T. n. Luscus. Rufus
Ol. 163[2]	127	. f. Cinna
Ol. 163[3]	126	f. L. n. Orestes
		. f. L. n. Metell. Calv. abdicarunt
Ol. 163[4]	125	f. Q. n. Flaccus
		f. L. n. Longin. Ravilla l. f. LX.
Ol. 164[1]	124	. C. n. Calvin
Ol. 164[2]	123	T. f. T. n. Flaminin
Ol. 164[3]	122	f. C. n. Strabo
Ol. 164[4]	121	Aimiliani f. Q. n. Maxim qui postea
		obrogicus appell. e.
Ol. 165[1]	120	f. Carbo
		f. Q. n. Metell. Balearic. l. f. LXI
Ol. 165[2]	119	f. L. n. Cotta
Ol. 165[3]	118	f. Q. n. Rex
Ol. 165[4]	117	f. Q. n. Scaevula
Ol. 166[1]	116	imiliani f. Q. n. Maxim Eburnus
Ol. 166[2]	115	Q. f. Q. n. Metellus.
		Cn. f. Cn. n. Ahenobarb. l. f. LXII

Olymp.

Ol. 166³ ius M. *f.* M. n. Cato
Ol. 166⁴ irius C. f. Carbo
Ol. 167¹ urnius L. f. C. n. Piso Caesonin

um.

Ol. 167² urnius L. f. C. n. Piso. Bes*tia*
Ol. 167³ umius Sp. f. Sp. n. Albi*nus*
Ol. 167⁴ us M. f. Sil*anus*

us C. f. Mamil. u. Drusus
in mag. m. e.

Ol. 168¹ ensius L. f. Q. n.
da*mn. est. in* e. *l. f.* e.
lius M. f. C. n. *Scaurus*
ius P. f. Geta. *l. f. LXIII*

Ol. 168² us C. f. nepos

Ol. 168³ ilius Q. f. Cn. n. Caepio
Ol. 168⁴ lius Cn. f. Maxim.
Ol. 169¹ us T. f. Fimbria
Ol. 169² lius L. f. L. n. Orestes in m. m. e.
Ol. 169³ tius Q. f. Q. n. Catulus
lius Q. f. Q. n. Metell Caprar l. f. LXIV
Ol. 169⁴ llius M'. f. M'. n.
Ol. 170¹ rius L. f. L. n. Flaccus
Ol. 170² amius Sp. f. Sp. n. Albinus
Ol. 170³ us T. f. Sex. n.
Ol. 170⁴ iius M. f. P. n. Crassus
nius C. f. M. n. l. f. LXV
Ol. 171¹ *ius L.* f. Q. n. Longinus
Ol. 171² *ius P.* f. P. n. Scaevula
Ol. 171³ *itius Cn.* f. Cn. n. Ahenobarb
Ol. 171⁴ *ennius* C. f.

Olymp.	A.C.N.	
Ol. 172[1]	92	M. f.
		f. P. n. Crassus l. f. LXVI
Ol. 172[2]	91	*f.* Sex. n. Caesar
Ol. 172[3]	90	*f. L. n.* Lupus in pr. oc. e.
Ol. 172[4]	89	*f. M.* n. Cato in pr. oc. e.
		Sex. n. Caesar l. f. LXVII
Ol. 173[1]	88	. f. A. n. Rufus in m. oc. e.
Ol. 173[2]	87	f. L. n. Cinna
		abdic. in eius locum factus es
		f. L. n. Merula Flam. Dial.
		iam abdic. occis. e.
Ol. 173[3]	86	VII in mag. mort. e.
		locum factus est
		. L. n. Flaccus
		. f. l. f. LXVII
Ol. 173[4]	85	. f. Cn. n. Carbo
Ol. 174[1]	84	f. L. n. Cinna IV in m. oc. e.
Ol. 174[2]	83	Flaccus
Ol. 174[3]	82	f. C. n. Carbo III in m. oc. e.
		nstituendae caussa
Ol. 174[4]	81	n. f. Cn. n. Dolabella
Ol. 175[1]	80	f. L. n. Metellus Pius
Ol. 175[2]	79	f. C. n. Pulcher.
Ol. 175[3]	78	*f.* Q. n. *Catulus*
Ol. 175[4]	77	Mam. f. M. n. Lepid. *Livian.*
Ol. 176[1]	76	. f. C. n. *Curio.*

Olym

Ol. 1	*Aurelius M. f.* L. n.	*Cotta*
Ol. 1	*Aurelius M. f.*	Cotta
Ol. 1	*Cassius L. f.*	Varus
Ol. 1	Cornelius Cn. f.	Lentulus Clodianus
Ol. 1	Aufidius Cn. f.	Orestes
Ol 1	Licinius P. f. M. n.	Crassus
	Cornelius Cn. f.	Lentul Clodianus l. f. LXVIII
Ol. 1	aecilius L. f. Q. n.	Metellus qui postea Creticus appell. e.
Ol. 1	Marcius Q. f.	Rex solus consulatum gessit
Ol. 1	Acilius M'. f. M'. n.	Glabrio
Ol. 1	Volcatius Q. f.	Tullus
Ol. 1	Autronius L. f.	Paitus
	n eorum locum facti sunt	
	Manlius L. f.	Torquatus
	Licinius P. f. M. n.	Crassus abdicar.
Ol. 1	Marcius C. f. C. n.	Figulus
	Caecilius Q. f. L. n.	Metellus Pius
Ol. 1	Antonius M. f. C. n.	
Ol. 1	Licinius L. f. P. n.	Murena
Ol. 1	Valerius M. f. M. n.	Messalla Niger
	Aemilius M. f. M. n.	Lepid. Livian. l. f. LXVIIII
Ol. 1	Caecilius Q. f.	Metellus Celer.
Ol. 1	Calpurnius L. f.	Bibulus
Ol. 1	Gabinius A. f.	
Ol. 1	Caecilius Q. f. Q. n.	Metell Nepos
Ol. 1	Marcius C. f. Q. n.	Philippus
Ol. 1	Licinius P. f. M. n.	Crassus II
	Servilius C. f. M. n.	Vatia Isauricus l. f. LXX
Ol. 1	Claudius Ap. f. C. n.	Pulcher
Ol. 1	Valerius C. f.	Messalla
Ol. 1		

Q. Caecilius Q. f. Q. n. Metell. Pius. Scipio

Olymp.	A.C.N.	
Ol. 182^2	51	7 M. n. Marcell
Ol. 182^3	50	7M. n. Marcell
		. L. n. Piso Caesonin l. f. LXXI
Ol. 182^4	49	7 Lentulus Crus
		ıb. et fer. Lat. caussa
Ol. 183^1	48	7 C. n. Vatia Isauricus
		ıend. caussa
Ol. 183^2	47	7
Ol. 183^3	46	7 Q. n. Lepidus
		ıstituend. c.
Ol. 183^4	45	7(
		nd. c.
Ol. 184^1	44	7(M. n.
Ol. 184^2	43	7
		st. in eius loc. f. e.

ius M. f.
mag. mort. e. in eius l. f. e.
dius P. f. idem qui pr. erat.

ip. const. per. quinquennium.

lius M. f. Q. n. Lepidus II.
cius
lius P. f. C. n. Vatia Isauric II
is Cn. f. Pollio
unt
lius P. f. Crassus
nius C. f. Sabinus
inus C. f. Flaccus

reip. const. c.

ius L. f. Gallus abd. in. l. f. e.
ius T. f. Taurus.
eius M. f. Nerva
abd. in eius l. f. e.
cius P. f. Quirinus
npeius Sex. f.
ius M. f. M. n. II. absens abd. in e. l. f. e.
ronius L. f. L. n. Atratin
Aimilius L. f. M. n. Lepidus
mius
nnius M. f. Picens
tius L. f. Tullus

us

Olymp.	A.C.N.		
Ol. 187[1]	32	721	Cn.
Ol. 187[2]	31	722	Impalla Corvin.
Ol. 187[3]	30	723	Imp. Crassus
Ol. 187[4]	29	724	Imp.
Ol. 188[1]	28	725	Imp
			XXII
Ol. 188[2]	27	726	Imp I.
			h
Ol. 188[3]	26	727	Imp Taurus *II*
Ol. 188[4]	25	728	Imp *Silanus*
Cl. 189[1]	24	729	Imp *Flaccus*
Ol. 189[2]	23	730	Imp Varro *Murena*
			a e. l. f. e.
			L. *Piso*
			Imp *Trib.* pot.
Ol. 189[3]	22	731	M.
			Imp
			Lepid in m. m. e.
Ol. 189[4]	21	732	M. Lepidus

	P. Silius P. f.	Nerva
nin	Q. Lucretius Q. f.	Vespillo
Jul.	M. Vinicius P. f.	
	Vipsanius Agrippa	
ilia	Cn. Cornelius L. f.	Lentulus
	C. Junius C. f.	Silanus
barb	P. Cornelius P. f. P. n.	Scipio
	L. Tarius Rufus.	
Libo	L. Calpurnius L. f. L. n.	Piso
ssus	Cn. Cornelius Cn. f.	Lentulus
Nero	P. Quinctilius Sex. f.	Varus
rbat	P. Sulpicius P. f. P. n.	Quirinus

bero	Paullus Fabius Q. f.	Maximus
ican.	Q. Fabius Q. f.	Maximus
r. e.	T. Quinctius T. f.	Pennus Capitolin Crispin
inus	C. Asinius C. f. C. n.	Gallus
ro II	Cn. Calpurnius Cn. f. Cn. n.	Piso
lbus	C. Antistius C. f.	Vetus
XII	L. Cornelius P. f. P. n.	Sulla
inus	L. Passienus	Rufus
ulus	M. Valerius M. f. M. n.	Messallinus
XIII	M. Plautius M. f. M. n.	Silvanus
	abdic. in eius l. f. e.	
	C. Caninius Gallus	
stea	L. Calpurnius Cn. f.	Piso
	L. Aemilius L. f.	Paullus
	P. Alfenius	Varus
	M. Servilius M. f.	

Olymp.	P.C.N.		
Ol. 195^4	4	756	Sex. Aaturnin
Ol. 196^1	5	757	L. Valdnna Magnus
Ol. 196^2	6	758	M. Ain
			apito
			apito
Ol. 196^3	7	759	A. Licil. Cretic. Silan
			l. Scipio
			n Valerian
Ol. 196^4	8	760	*Imp. (*
			Ti. Ca
			M. Fu
			ain
			Iabitus
Ol. 197^1	9	761	*Imp. (*
			Ti. Ca
			C. Po
			erinus.
			Iutilus
			ecund
Ol. 197^2	10	762	*Imp. C*
			Ti. Ca
			P. Cor
			lam. Mart.
			Flam. Dial.
Ol. 197^3	11	763	Imp. C
			Ti. Cae
			M' Ainaurus
			onginus
Ol. 197^4	12	764	Imp. C
			Ti. Cae
			Germa

Capito

. Julis

s C. f. C. n. Varro

Max. Tr. pot. XXXV.

potest. XIIII

L. Munatius L. f. L. n. Plancus.

---

3. Annotatio critica in fastos consulares.

In annum 247.

Larcio cogmen Rufi addidi, Anonymi qui dicitur §. 51 Norisiani auctoritate motus, quamvis fasti Siculi, Dionysium, ni fallor, sequuti, Flavum cognominent et hunc et anni 252 consulem. Sedenim Anonymus de cognominibus, quae sola edit, summa fide dignus habetur et Borghesio et (mihi crede) cuique qui eum accuratius cum ipsis lapidibus contulerit. Nec possum quin hic pauca et de ipso scriba illo, et de eius fastis subiungam. Monachum arguunt vocabula Irreligiense, Adventinense, ubi de *religione* et de sacri *Adventus* tempore nescio quid cogitasse videtur bonus homo, quum scribere debuisset Regillense et Aventinense. Latini praeterea sermonis ignarum fuisse Anonymum, et tum demum vixisse, ubi Latina lingua iam aut plane aut propemodum interierit, produnt haec recenti etrusco sermoni cognata vocabula: Malliolo, Sofo, Filippo, Grasso, Ruffo, Emiliano, Enobarbo, alia; adde frequentem literarum V et B mutationem, uti in voc. Vivulo pro Bibulo, Pulbilio et Calibo pro Pulvillo et Calvo.

Haec de ipso scriba dicenda erant. Fastorum eius ad qualitatem quod attinet, in ordinalibus singulorum a quoque consule gestorum consulatuum numeris non raro amanuensis ignorantia comparet, putantis idem cognomen eundem semper ad consulem pertinere, nec scientis, saepenumero plures eadem ex gente viros ad summos honores pervenisse. De cognominibus vero etiam nova fragmenta quantum ille fidei mereat ostendunt. Quare equidem multa nova cognomina, quae vel in aliis quoque cogna-

tarum familiarum viris iam antea innotuerant, vel ipsorum lapidum vestigiis nitebantur, in fastos consulares inserui, summa tamen de monachi nostri incogitantia et ignorantia cautione adhibita, qui — ne hoc omittam — satis lepide annum 474 sub *Prorico* quodam consule fuisse dicit, quia Decio consuli in lapide ascriptum erat: *in. pr. occis. s.* in proelio occisus est. Saepe praeterea nobis binorum quorumque consulum ordinem Anonymi ex auctoritate corrigere contigit; annique 757 ordo etiam inscriptione aliqua a Fea sub numero 10 descripta confirmatur.

Ab anno 294 usque ad ann. 304.

§. 16. Jam sequuntur ea fragmenta, quae his temporibus detecta, ab Ill. Borghesio tanta cum doctrina et sagacitate explicata sunt, ut nonnisi pudore suffusi pauca contra eum dicere audeamus.

Primum ad gentem Claudiam quod attinet, de ea postmodum peculiarem commentationem, hic propter temporis brevitatem omissam, publici iuris faciemus. Quod autem una cum Patre Contuccio [25]) Claudios Iuregillenses cognominatos fuisse suspicatur Borghesius, contra illud equidem moneo, quum Suetonium, Tacitum alios Regillensem dicere Attum Clausum, tum nullo alio argumento niti Contuccii opinionem, nisi quod semel in fastis legitur: CRASSVS. IN. REGILL. At vero non solum ante, sed etiam post syllabam IN interpunctum est, et iidem fasti nostri in anno 302 plane omittunt puncta illa. Accedit, quod in anno 303 Feae apographum praebet CRASSINV [26]),

---

[25]) Qui Borghesio auctore pro Piranesio scripsit.

[26]) Marlianus, fastorum cap. editor, contendit, lineam post lit. N rectam esse, ideoque ad lit. V. pertinere non posse

unde apparet, syllabam IN ad voc. Crassinum pertinere. Crassini vero cognomen formatum est ab antiquiore cognomine Crasso, uti Mamercinus a Mamerco, Albinus ab Albo derivatur. Quare in anno 303 Crassinus Sabin. scriptum est, vocabulo Regill. propter loci angustiam omisso, uti efficitur ex illo plane non distincto Crassinregillsabin, quod in anno 302 legitur.

In annum 326 et 327.

Sub numero 5 Cl. Fea fragmentum dedit, quod ubinam fastorum nostrorum in seriem inserendum sit, sese §. 17
nescire fatetur. Sed inserendum est ante annum 328. Quo facto elucet, solum Diodorum Siculum singulorum anni 327 tribunorum ordinem recte posuisse, elucet insuper, Servilium anni 326 consulem Quinto patre usum fuisse. Ceterum literam I in Feano apographo vocabulo Cor. praecedentem in lit. A mutavi, quum quia Ti. Cornelium his temporibus non novimus, tum quod lineola illa perpendicularis, si paullo obliquius scribitur, evanido cuidam A facillime potest attribui. Hanc ad rem Fea animadvertere non potuit, quia quo loco referretur fragmentum nostrum nesciit.

Ab anno 349 usque ad ann. 359.

Huius novi fragmenti omnibus numeris absolutam explicationem confecit Borghesius.

Ab anno 360 usque ad annum 363.

Jam sequitur alterum quod nos primi inseruimus §. 18
fragmentum, quamvis ubi inserendum sit etiam Feae constet. Quum literae illae abruptae: „nt in e.“ ita ut nos fecimus compleantur necesse sit, hoc nostro fragmento

edocemur, L. Valerium Potitum P. Cornelium coss. Lucretio et Sulpicio in consulatu praecessisse, ita tamen ut fere tantum vocarentur consules. Vitio autem factos esse eos, in tali rerum mutatione plebeque reluctante mirum non est. Quare videmus, cur Anonymus Norisianus annum 360 Potito et Malugineuse, annum 361 Potito et Maluginense coss. fuisse dicat. Hoc autem in anno Potito iterati consulatus numerus ideo non additur ab Anonymo Norisiano, quia illum honorem revera non gesserat. Quumque in anno 360 Κόσσων exhibeat Diodorus, non dubitavi et huic et praecedentibus Corneliis Maluginensium simul atque Cossorum cognomina ascribere.

De quinquennio anarchiae.

§. 19 Quam ab anno inde 363 usque ad annum 388 fastorum recensionem confecit Ill. Borghesius, eam mihi verbo tenus describendam duxi, excepto solummodo anarchiae quinquennio de quo mihi novi quid proferre posse videor.

Haec cognomina in annum 378 sqq. edit Anonymus Norisianus:

378. Bacho solo.
379. Papirio et Ninio.
380. Scarabiense et Celimontano.
381. Prisco et Cominio.
382. Mamertino et solo.

Inspicias praeterea Diodorum, quum: Ἐπ ἄρχοντος, dicat, Ἀθήνησι Λυσιςράτου παρὰ Ρωμαίοις ἐγένετο ςάσις, τῶν μὲν οἰομένων δεῖν ὑπάτους, τῶν δὲ χιλιάρχους αἱρεῖσθαι· ἐπὶ μὲν οὖν τινα χρόνον ἀναρχία τὴν ςάσιν ὑπέλαβε, μετὰ δὲ ταῦτα ἔδοξε χιλιάρχους αἱρεῖσθαι ἕξ· καὶ κατεςάθησαν Λεύκιος Αἰμίλιος, καὶ Γάϊος Οὐεργίνιος καὶ Cερβίλιος Cουλπίκιος, πρὸς δὲ τουτοῖς Λεύκιος Κοΐντιος καὶ Γάϊος Κορνήλιος, ἔτι δε Γάϊος

Ουαλέριος. Hi tribuni militum cons. pot. apud nullum alium auctorem inveniuntur. Nominibus vero his cum iis quae Anonymus praebet cognominibus comparatis, comparet res satis mirabilis. Qui enim a Diodoro nominantur viri, eorum cognomina maiore ex parte leguntur apud Anonymum. Ita L. Aimilius Mamercinus efficitur ex Diodori Λεύκιος Αἰμίλιος et ex Anonymi Mamertino; Anonymi cognomini Prisco addatur velim Diodori Cερείλιος, nisi velis, Anonymum errore ductum cognomen Prisci a Cominio, quo reapse pertineat, seiunxisse. Celimontani autem erant Verginii, unde Anonymi Celimontano cum Diodori Γ. Ουεργίνιος C. Verginio Caelimontano originem dedit. Quod autem Anonymus praebet Papirii nomen, eo intelligi putamus L. Papirium Crassum, qui biennio ante trib. mil. fuerat. Restant igitur haec Diodori nomina: Sulpicius, L. Quintius, C. Cornelius et C. Valerius; restant Anonymi vocabula: Bacho solo, Ninio, Scarabiense, Cominio. Vocab. Bacho corruptum puto ex etrusco *vacuo* quod Anonymi temporibus etiamnunc in recenti Hispanorum lingua usitata mutatione bacuo scriptum fuisse videtur. Quae vox ab Anonymo nostro in Bachi nomen corruptum est, eique altero consule deficiente additum est voc. solo, Anonymo et illud usitatum. Porro quum Borghesio auctore Ninii plebeii fuerint, quumque eundem ad ordinem Scarabiensis ille pertinere videatur: coniicio Ninium et Scarabiensem fuisse primos consules plebeios, quamvis a plebe tantum, ut videtur, acceptos, quum tribunorum a Patribus comparatorum intercessionibus tribuniciae rogationes ne recitari quidem potuerint. Quum enim Livius auctor sit, Licinium Sextiumque promulgasse legem, ne tribunorum militum comitia fierent, consulumque utique alter ex plebe crearetur, haec diserta Livii verba ne incassum dicta sint suadeo. Quam plebeiorum iam tunc de patriciis reportatam victoriam a scriptoribus et ipsis patriciis silentio

tertiam puto. Anno autem 381 si praeter Anonymi Priscum et Cominium Diodori Sulpicium, L. Quinctium, C. Cornelium et C. Valerium addideris, habebis alios sex tribunos mil. cons. pot. Deinde Aemilium solum consulem factum esse puto ipsis ni fallor lapidibus iubentibus. De Concordiae templo priorum editorum doctissimorum coniecturam amplexus sum.

Quibus vero de caussis quinquennalem anarchiam fuisse statuerint scriptores, sequentibus ostensuri sumus.

Annum 378 Plinius sine magistratibus fuisse scribit, adiuvans ita sententiam nostram, ex qua quantum temporis a comitiis consularibus, quando seditiones coeperunt, usque ad finem anni solaris fuerit, interregno expletum esse putamus. Deinde quum tandem eo quo voluerant pervenissent plebeii, Ninio consule renunciato, Patres necessitate coacti alterum consulem suo ex ordine creasse videntur. Eademque insequenti anno facta putamus. Neque tamen putamus, solito ex more huius biennii consules magistratu functos esse: fortasse ne semel quidem convocatus est Senatus; fortasse solummodo qui ex plebe consul factus erat plebeiis, qui ex patriciis suo ordini ius dicebat. Dein patricii rursus superiores facti, tribunos militares creaverunt. Ultimo vero anarchiae anno Aemilio consule creato, et ipsius consulis et omnium bonorum coniuncta contentione legitima comitia sunt habita [27]). Hac rerum per quinquennium illud gestarum narratione ostendere conatus sum, quodammodo certe anarchiam fuisse, quum non omnia antiquo ex ordine facta sint, reapse autem nullam fuisse anarchiam, quum numquam non summi in republica magistratus rebus administrandis prae-

[27]) Sed Diodoro auctore ultimum quoque anarchiae annum plane ἀναρχὸν fuisse statueris, ita ut duobus plane ἀναρχοῖς annis reliqui tres quasi circumdati fuisse videantur. Vid. l. XVI. c. 61 et 75

fuisse videantur. Vera enim anarchia quinquennalis nulla in civitate exsistere potest, et quae Roma fuit satis magnum periculum comparasset civitati, nisi — Livii verbis utor — alia bella opportune quievissent: soli Veliterni coloni gestientes otio quod nullus exercitus Romanus esset et agrum Romanum aliquoties incursavere et Tusculum oppugnare adorti essent. Caeteri igitur populi Romae vicini illis temporibus quîevisse videntur.

In annum 404.

Omnes quae adhuc sunt fastorum capitolinorum editiones in anno 404 Ap. Claudio „in mag. obiit" subscriptum praebent. Atenim rectissime iam Marlianus nusquam in fastis nostris legi „in mag. obiit", sed semper ubique in m. mort. e. (i. e. in magistratu mortuus est) observavit. Quare quum iam styli lapidarii usus vulgatae lectioni repugnet, multo minus ipsorum lapidum nostrorum auctoritati par est interpretum opinio. Etenim quae solae supersunt quattuor literae „biit", eae non in versu Claudii consulatum excipiente, sed in sequenti demum scriptae leguntur, ita quidem, ut eodem in versu, quo voc. Dict., huic vocabulo proxime antecedant. Quapropter quum appareat, vocabulum „biit" cum voc. „Dict." coniungendum esse, legendum puto: „Manlius posteaquam praetura abiit Dict." Ostendunt enim nova fragmenta, certis quibusdam magistratibus binis pluribusve eodem tempore fungi nequivisse Romanos, quum Domitius nonnisi abdicata dictatura anno 473 censor fuisse dicatur. Nostra autem sententia optime congruit cum Livio, qui Manlium non in castris, sed Romae auctoritate Senatus dictatorem dictum esse significat. Qui nisi publico aliquo munere in urbe retentus fuisset, haud dubie in exercitu fuisse videtur, ubi si fuisset, certo non ad tam minutam rem peragendam §. 20

dimissus foret. Sed — quod maximum — in anno 413, ubi vulgo Papirium dictatorem eundem praetorem fuisse narrant fastorum editores, Livius. „Manlius, inquit, consul quia ipse per valetudinem id bellum exsequi nequierat, dictatorem L. Papirium Crassum, *qui tum forte erat praetor*, dixit.“ Quae verba nonne eodem iure praeterem ante initam dictaturam abdicasse indicant? Accedit quod belli gerendi cura cum iis qua praetura abundasse videtur urbanis officiis coniungi non potuisse videtur. Ergo non solum anni 413 sed et anni 404 dictatorem ante initum magistratum praetura abdicasse statuemus. Quod autem in anni 413 Dictatore eundem et praeturam egisse usque adhuc ascriptum est in fastis cap., illud in errorem induxit Niebuhrium. In tertio enim historiae Romanae volumine Niebuhrius C. Maenium censuram una cum praetura egisse ex fastis constare asserit. Et de re ipsa quae illic exponitur, censuram fastis testibus una cum praetura agi potuisse, minime falsus est vir magnus, de nomine tantum Censoris illius fortasse erravit. Etenim ex fastis nostris non C. Maenius, censor anni 435, sed L. Postumius anni 500 censor idem praetor erat. Sed audias, quaeso, quomodo error ille quantuluscunque ortus esse videatur. Constitit Niebuhrio rem ipsam, quam vellet, fastorum auctoritate niti, quorum quibus usus est editionibus, eae Papirio quoque duos una gestos magistratus attribuere; Papirius autem una cum C. Maenio anno 435 censuram egit, unde erronea cogitationum connexione C. Maenium duobus simul honoribus functum scripsit. Adde, quod ex eo, qui postumum Niebuhriani operis tomum edidit, V. D. Classenio, cuius mihi amicitiam laudi iuxta atque fortunae duco, audivi, in libro manu scripto anno illi inserendo vacuum locum relictum esse, ut appareat, hac in re Niebuhrium, alioquin incredibili fere memoriae vi proditum, in incerto fuisse. Cui

utinam immaturae morti erepto ipsi immortalitatis suae monumentum, historiam Romanam, ad finem perducere contigisset! —

In annum 418.

M. Valerium Corvum quartum consulem in hoc honore Calenum appellatum esse docet et Anonymus, cui annus 418 Caleno et Corvo IV consulibus fuit, quamvis hic de more suo uno ex consule duos effecerit, et Livius, qui Valerium de Calenis triumphasse scribit. §. 21.

In annum 420.

Quum quos hunc in annum edidimus consules et fasti Siculi et Solinus [28]), qui fastos cap. expressit, praebeant: non dubitavimus, eos in contextum nostrum recipere, praesertim quum alioquin Anonymi Norisiani, cui anno 427 tertium, non iterum consul est Poetelius, numeri non quadrarent. Simul autem, „hoc anno dict. et mag. eq. non fuerunt" Anonymo auctore addidi. Ita enim — ut taceam, Anonymum talibus de suo inveniendis minime parem fuisse — in lapidibus scriptum fuisse puto, ut indicaretur, hoc primo anno solitum dictatorum quoque anno creatorum morem omissum esse. Primo autem Niebuhrio [29]) auctore eo consilio quotannis dictatores creatos puto, ut Latinis idem cum Romanis totidem per menses imperium esset de *nomine Latino*, postea vero quam Latium Romanorum in ditionem venit, patricii vetus illud institutum ideo asservasse videntur, ut plebeiis consulibus per semestre tantum summa in republica potestas esset, ultima anni cuiusque parte a dictatore occupata. Qui §. 22.

---

[28]) Vid. Solin. c. XLV. Errat Nieb. T. II. not. 1238.
[29]) V. Nieb. I, 625.

anno 420 statim praecedunt Dictaturis vacui anni, iis in ipsis lapidibus dictaturas additas fuisse ducimus.

Ad annum 469 sqq. et ann. 535 sqq.

§. 23. Quae hos annos praebent fragmenta, nobis primis explicanda erant. Neque tamen quicquam mentione dignum invenimus.

Ecce autem Goltzium tamquam adulterinorum numorum fabricatorem denuo convictum! Quum enim lapides nostri anno 537 C. Terentium C. f. Varronem consulem fuisse ostendant, Goltzius noster eodem sub anno numum exhibet, eumque depictum, in quo C. Terentius A. f. legitur. Quapropter Goltzius consulem nostrum non Caii, sed Auli cuiusdam filium et hic prodit et in indice tabellarum consularium. Illius tamen numi neque apud Eckhelium, neque apud alium quemquam rei numariae scriptorem (ut ex doctissimo quodam et peritissimo numorum cognitore compertum habeo) ullum exstat exemplar.

Pars II.

De numeris chronologicis variorum scriptorum.

1. T. Livius Patavinus.

Tabella chronologica.

F. C.	Livius	loci cit.	F. C.	Livius	loci cit.
Ol. 7^1	Ol. 6^4		363	365	V, 54
244	245	I, 60	377	deest	
247	248	II, 15	387	389	VII, 1
263	desunt		398	400	VII, 18
264			422,9	desunt	
296	295	II, 33	444,52		
302	302	III, 33	458	456	X, 31
deest	304	III. 38	489	489	XXI, 1
309	310	IV, 7	553	553	XXI, 5
360	361	V, 29	558	558	XXXIV, 54

Vereor profecto, ne mihi statim ab initio εὐφήμει! acclamet lector, quum posthabita bonarum Dearum invocatione a nefasto Eridis opere exordiar. Sedenim in iis, quae narraturus sum, totius Livianae chronologiae quasi cardo vertitur: quare ignoscat, quaeso, mihi quicunque has paginas percurrere dignetur. Etenim si qua vera de Patavini nostri chronologia disputaverimus, veri inveniendi viam nobis ostendit rixa quaedam, tria fere ante secula inter duumviros clarissimos deque Livio optime meritos exorta.

Henricus — ut narrandi initium faciamus — Loritus, qui notiori nomine Glareanus appellari maluit, patricius Claronensis, Frobenianae Livii editioni anno p. Chr. n. 1531 una cum doctissimo commentario chronologiam subiecerat Livianam. Quod quum de reliquis annotationibus mihi non sit iudicium ferendum, de chronologica tantum commentatione profiteor, eum satis temere Dionysianae chronologiae ad normam omnes Livii numeros applicuisse; neque tamen ideo tanta cum inhumanitate a Sigonio erat carpendus, qui in scholiis suis Livianis, anno 1555 editis, inter alia multa, quae opponit viro illi doctissimo, vel illud pronunciavit, „*eum ne adiisse quidem libros manu scriptos videri,*“ quamvis *libros*, *codices*, *vetustiores codices* passim collaudarit. Sane, sed nusquam librorum *manuscriptorum* ope Livium se emendasse gloriatur, eique — id quod memoratu dignum — codices nihil aliud sunt nisi editiones, libri typis expressi, id quod planissime elucet ex ipsius V. D. verbis „se chronologiam suam Li„vianam ideo seorsim excudi curasse, ut qui antea „Livii *codices* habeant, quando non omnibus *eundem* „*authorem bis* parare commodum sit, possent etiam hoc „suo frui labore.“ Quare non in mendacio, sed in errore illo satis mirabili perseverat Glareanus, qui in epistola ad Hervagium typographum missa „Ego, inquit, qui ex collatione multorum exemplarium tot locos emendarim, audire debeo, Glareanus non habuit antiqua exemplaria.“ Ceterum, quae in eadem illa epistola leguntur „Nae ille diu exspectabit a me ullum responsum, nisi mores mutaverit; Christiano puto malum pro malo non esse reddendum“: nonne haec boni senis verba epistolam illam invito inscioque scriptore a maligno isto Robortello in lucem protractam esse ostendunt? Cuius epistolae editione nihil aliud profectum est, nisi ut Sigonius iterum et minore etiam cum humanitate Glareani

errores perstringeret. Quamvis autem multa summo iure mutata sint a Sigonio, nihilo tamen secius ad nostram usque aetatem — ut e. g. in Sturziana Livii editione videri licet — non Sigonii, sed Glareani chronologia Liviana utuntur interpretes. Glareano autem primo, posse aliquid de chronologia Liviana comperi, testato, lepida illa de ovo Columbi narratio verti possit in Sigonium; ob ea, quae illo praeeunte recte invenit, mirifice sibi placentem. Et (quod maximum) ne Sigonius quidem ipse recta via processisse videtur, id quod magni Niebuhrii pace dixerim, qui illum fere omnino verum vidisse censet. Sigonium autem si sequeremur, proponeremus vobis chronologicum quoddam systema, omnibus ex numeris quadrans, ita ut Livius fastos et bene ordinatos, et in quoque consulatu numeris chronologicis praeditos quoties scriberet iuxta se positos habuisse videretur. Atvero totius Livianae historiae naturam atque indolem contra sententiam illam pugnare putamus. Livius enim tantum aberat, ut in omnes quotquot posset cuiusque rei gestae fontes inquireret, doctrinaque abundantes libros elucubraretur: ut eam imprimis scribendi rationem sequeretur, qua non solum eruditissimi quique, sed omnes mortales delectarentur. Ferventis ingenii impetu ad scribendum appulsus, non potuit, quin populi sui res perscriberet, ita tamen ut nunquam non et suam ipsius consolationem et legentium voluptatem sectaretur. Et quis est qui neget, eum divina sua (si ita loqui fas est) scribendi arte omnibus fere historicis palmam praeripuisse? quis est, qui neget, Livii volumina — modo ne imminente hoc Europae bello impleatur fatale illud Niebuhrii praesagium „redituram esse medii barbariem aevi — quis est, inquam, qui neget, Livii volumina dum mundus stet evolutatum iri? Itaque (ut ad id, quod primo posuimus, revertamur) de annis ab urbe condita numeratis, quae res plurimis eius lecto-

ribus ex more praesertim Romano (nam nostra quoque aetate pauci talia curant) nullius plane momenti erat, studiose cogitasse Livium non concesserimus. Totum eius chronologicum studium eo continebatur, ut quum si quos urbis annos a scriptore aliquo, quo tum maxime utebatur, rei alicui gestae a scriptos inveniret, eos describeret, tum ut genuinam ipsarum rerum gestarum ordinem nec non iustam fastorum seriem servaret. Quam rem etiam propter Romanae nobilitatis rationes curare et debuit, et curavit revera, namque „Tanti, inquit, errores implicant temporum aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut nec qui consules secundum quosdam, nec quid quoque anno actum sit, digerere possis.“ Quae satis docent, eum de civilibus annis plane non cogitasse, sed semper consularium tantum annorum rationem habuisse.

Haec habui, quae de Livio ipso in universum dicerem; quibus praemissis, singula iam fundamenta, in quibus Sigonius suum Livianae chronologiae systema exaedificavit, subvertere accingamur. Quorum fundamentorum unum ideo statim ab initio huius disputationis demoliar, quia adhuc extra partes positus est lector. Facillime enim chronologicis in calculis efficere quod vo-
§. 25. lumus, efficimus.

Sigonius autem vocabulum alter cum numeris denariis compositum unam tantum unitatem valere contendit. Quare primus decemvirorum annus, quem trecentesimum alterum dicit Livius, ei est annus a. u. c. 301. „At, dicet fortasse cum Robortello quispiam, quid nobis cum nugis istis? communi usu inter tirones constat, alterum dici de duobus, ergo annus trecentes. alter est 302.“ — „At vero, respondet Sigonius, alter dicitur de duobus, ergo trecentes. alter est trecentes. primus.“ — Ex his tanta cum fiducia pronunciatis verbis firmioribus eum, quam quibus revera nititur, argumentis confidere

conieceris. Quae tamen antequam aggrediamur, communem vocabuli alter usum exemplo quodam luce clariore confirmemus. Legitur enim apud Gruterum 926, 8 haec inscriptio:

„Memoriae Sex. Vigelli Aquinat. qui ann. attigit centens., set alterum et nonagens. perpet. inoffensa valetudine exegit, reliquos septem et d. XIIX decubuit et occubuit."

Quae vix interpretatione digna demonstrant, senem illum centesimum annum agentem obiisse; quem annum attigisse tantum dicitur, quia nonnisi dies 28 tamquam centenarius vixit. Restant igitur anni nonaginta novem, a quibus si subduxeris septem illos annos, quos praeter dies illos 28 lecto affixus iacuit, videbis, eum annos duos et nonaginta inoffensa valetudine exegisse, ita ut appareat, annum alterum et nonagesimum esse annum nonages. secundum.

Sed Sigonius primum nos ablegat ad Virgil. Ecl. VIII, 39., ubi Damon pastor queritur, se Nisam a pueris inde deperisse, hisque amatam alloquitur:

„Sepibus in nostris parvam te roscida mala
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem:
Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus:
Jam fragiles poteram a terra contingere ramos:
Ut vidi, ut perii! ut me malus abstulit error!"

Hoc loco quamvis cum Sigonio de eo tantum, qui undecimum exceperit, anno cogitandum putem, minime de decimo tertio (ut Forcellinus vult): nihilo tamen secius pronomen alter propria sua vi minime privatur, sed est semper i. q. secundus, ita tamen, ut hoc loco alter correlativo sensu secundus sit quod attinet ad *undecimum*: si hic unus est, ille alter nuncupatur. Annus alter ab undecimo est is, qui alter nominatur ab illo uno

et decimo, i. e. decimus alter s. duodecimus. Vossius igitur rectissime vertit:

Eben vom eilften Jahr das folgende hatt' ich erlebet.

quamvis praepositio vom offendat Germanos. Accurate quamvis non poetice verterim: Eben war auf das eine Jahr des Zehends das andere gefolgt. Itaque annus duodecimus eadem ratione est alter ab undecimo, qua apud Virgil. ecl. V, 49 Sigonio monente legimus:

„Nec calamis solum aequiparas, sed voce magistrum,
Fortunate puer, tu nunc eris *alter ab illo.*"

Hic si magister unus est, alter est puer, plane, uti nos dicimus der Zweite nach ihm, significantes primum ab aliquo. Quare pronominis alter nonnisi significatio interdum Sigonianae sententiae favet, utpote correlativo sensu positi, nam alter a trecentesimo dici non potest, nisi pro anno 302. Sin minus, eadem lege cogemur, annum e. g. trecentes. secundum pro 301 sumere. Hirtius enim bell. Al. c. 66 „Caesar, inquit, venit Comana, vetustissimum Bellonae templum, quod tanta religione colitur, ut sacerdos eius Deae secundus a rege habeatur." Quo loco voc. secundus idem significat, quod primus. Sigoniano autem ex calculo, quum voc. secundus idem valeat quod primus, efficitur ut vigesimus secundus sit viges. primus.

Accipe denique, uti ipso Sigonio cumulentur atque transigantur argumenta nostra, accipe. Inter annum, qui Livio dicitur, trecentes. alterum et inter eum, quem idem diserte nuncupat trecentes. decimum, miratur Sigonius non octo, sed septem tantum annos interpositos esse, miratur — ipsius verbis utor — Livium in tam paucis annis rectam supputationem tenere non potuisse, praesertim vero cum iidem consules quos ab decemviris ad tribunos militares numeret, sint etiam apud Dionysium et Cassiodorum. Vides igitur, annum 305 nullo iure ab eo intrusum esse,

vides, totum quod initio posuimus Sigonii propositum falsum esse.

Primum igitur Sigoniani systematis fundamentum demoliti, reliqua singulorum annorum ex ordine pertractemus.

In annum Livianum 248.

Equidem si mihi Livius recensendus esset, sine dubitatione in annum 248 Sp. Lartium T. Herminium consules ederem. Leguntur enim hi consules apud Dionysium Hal., leguntur apud Cassiodorum, leguntur denique in ipsis Livii codicibus, desiderantur tantum in iis quae extant Livii editionibus. Scripserat autem Livius l. II c. 15 init.: P. Valerius Poblicola et M. Horatius, inde Sp. Lartius et T. Herminius coss. facti. Quod quum librariis insuetum esset, duo simul consulum paria, nulla rerum gestarum narratione interposita, scribere, haud rara cum temeritate et Sp. Lartii nomen cum eo, quod simillimis literarum ductibus erat, Lucretii nomine confundentes, Horatium vero incuria expellentes, haec protulerunt Lipsiensis codicis verba: P. Lucretius M. P. Valerius Publ. Illud M. pertinet ad expulsum Horatii nomen. Tres autem alii codd. T. Hermenium consulem edunt. Adde, quod Leid. pr. Purius Lucretius et Rhenani codex Purius Publius Lucret. exhibet. Quibus de caussis concedes, opinor, Gronovio et Drakenborchio VV. Ill. ita ut supra posuimus scribendum esse. §. 28.

Haec, quae clamant codices, docent etiam multae aliae rationes, allatae illae a Glareano et Sigonio. Omnium aliorum scriptorum fasti consulibus illis eiectis non quadrarent. Quare non possum quin dissentiam a Niebuhrio, qui Livium numerasse quidem annum illum 248, neque tamen consules scripsisse censet.

In annum 264.

§. 27. Quos ante hunc annum numerat Dionysius, duos annos, eos a Livio tacite omissos esse, ex ipsis Livii numeris efficit Sigonius, ostendens insuper, quae a Dionysio quattuor annis gesta tradantur, ea in duos a Livio contracta esse, ita ut historiae expositio plane non mutila sit. — Ceterum videmus, quam curam in re chronologica posuerit Livius, quippe qui tota consulum paria et ipse expulerit, et ab aliis sine ulla mentione praetermissa putare potuerit his verbis: „Hos coss. Piso Fabio Decioque suggerit, biennio exempto — memoriane fugerit in annalibus digerendis, an consulto binos consules falsos ratus transcenderit, incertum est“.

In annum 295.

§. 28. Q. Minucio C. Horatio coss. scribit Livius tribunos pl. decem factos esse anno XXXVI post primos; qui facti sunt A. Virginio T. Veturio coss. anno u. 260. Ex quo intelligi potest, recte hunc annum a nobis 295 nominari.“ Sigonius.

In annum 334.

§. 29. Hunc annum tamquam interregno absumtum inseruit Sigonius. Qua de re quid sentiam infra dicam. Vid. §. 40.

In annum 351.

§. 30. Lucretium Sulpiciumque coss. ait Livius factos esse post annum XV h. e. posteaquam quindecies tribuni mil. fuerant, sexto autem et decimo a proximis consulibus anno.

In annum 366.

Hoc anno a Camillo dictaturam continuatam vult §. 31. Sigonius. „Discitur illud, inquit, ex Livio l. 17, 1. qui ait, Romanos non esse passos, eum dictatura nisi anno circumacto abdicare. Sed tota Livii narratio docet, Camillum patrato ad quod gerendum dictus erat bello, statim dictaturam depositurum fuisse, quo consilio impeditum et dictaturam usque ad finem eius anni consularis, qui tum agebatur, continuasse et interregem fuisse. Porro eum eiusdem anni 365 interregno insequentis anni tribunos militares cons. pot. creasse, a quibus eo demum anno, quo illi iam magistratum iniissent, denuo dictator dictus sit. Anno autem circumacto nihil aliud esse, nisi anno consulari et quidem eo, qui quoque tempore agebatur, non sequente circumacto, ostendunt quae l. IX. c. 22 leguntur. Ergo Camillus non duos continuos annos dictaturam egit, sed quos anno 365 et anno 366 obiit magistratus, ii tribunis militum cons. pot. disiuncti sunt.

In annum 422.

Annum hic sine consulibus inserit Sigonius. Sed §. 32. vide, quae ad annum 456 disputavimus et cfr. §. 40.

In annum 456 et 457.

Quo anno Q. Fabius V P. Decius IV fasces obtinuerint, eum a Livio l. X c. 31 quadrages. sextum belli §. 33. Samnitici annum vocari refert Sigonius. Nos vero hoc quoque in capite emendationi cuidam locum esse putamus. Quae enim inde a verbis „Supersunt etiam" leguntur, ea ita scripta sunt, quasi ad id ipsum, quocum coniuncta exstant, libri decimi caput XXXI pertinerent. Atenim cum insequenti capite necessario coniungenda sunt, utpote quae nihil sint nisi eius capitis prooemium. Cui sententiae

nostrae argumento sunt quae tradit Livius: „Proximo anno Samnites in Sentinati agro, Pelignis ad Tifernum Stellatibus campis caesi fuerunt.“ Quae res quum ab ipso Livio tamquam a Fabio Decioque coss. gestae referautur, ita ut clades illa ad Tifernum et in Stellatibus campis hoc ipso XXXI capite narretur: elucet, verba a Sigonio citata iam ad Postumium et Atilium coss., qui Fabium Deciumque sequuti sunt, spectare, ita ut Postumio Atilioque coss. quadragesimus sextus belli Samnitici annus actus sit. Cui emendationi ne calculus quidem Livii chronologicus repugnat. Etenim quum Livio auctore Valerio et Cornelio coss., qui ex Sigonii pariter atque ex nostra supputatione anno 412 fasces habuerunt, Samnio bellum illatum sit, anno 457, quem nos Postumio consuli assignamus, quadragesimus sextus belli Samnitici annus agebatur.

In annum 489.

§. 34. Primi belli Punici initium Liviano ex calculo in annum 486 incidere, auctor est Sigonius, assentiente Niebuhrio. Mihi vero ex ipsis Livii verbis, non neglecta codicum auctoritate, plane alia efficienda videntur. Livius enim libri 31 initio „Cum in mentem venit, inquit, LXIII annos (tot enim sunt a primo Punico ad secundum bellum finitum) aeque multa volumina occupasse mihi, quam occuparint CDLXXVIII (ita codices) anni a condita urbe ad Ap. Claudium cos. cet. — Qui hic ex codicibus tantum non omnibus — nam duo nonnisi CDLXX praebent — positus est numerus CDLXXVIII, eum Sigonius in CDLXXXVI mutat, ex numero V notam X faciens, et ex duabus unitatibus II rursus notam V conglutinans. Nos vero ad talia tentanda ultima tantum necessitate cogimur. Multo simplicius librariorum incuria unam notam X omissam esse statuentes, scribemus CDLXXXVIII. Ergo cum

Lydiato in Canonibus Chronologicis putabimus, Ap. Claudium anni 488 consulem fuisse? Minime, nam quicunque attenderit ad ea quae modo citavimus, Livii verba, concedet, opinor, Livium ante primi belli Punici initium quadringentos octo annos elapsos statuere. Etenim quot volumina totum illud ante Punica bella ab sumptum tempus complexum sit, totidem brevissimum illud — quoad quidem cum illis 488 annis comparetur — ipsorum bellorum tempus occupavit. Quamobrem Livii pariter atque fastorum cap. ex calculo Ap. Claudius M. Fulvius consules anno u. c. 489 magistratum inierunt.

In annum 553.

P. Sulpicio Galbae C. Aurelio Cottae coss. in vulgatis Livii editionibus annus 552, a Sigonio autem annus 550 assignatur. Atenim repugnant codices, quorum multi anno quingentesimo quadragesimo, duo vero quinquagesimo quadragesimo *uno* et q. q. *primo* offerunt, literis illa exarata. Quae iam qua ratione corrupta quaque sananda esse putem, dicam. Scriptum erat DLIII. Haec a stupido quodam negligentive librario ita scripta puto: DIILI; quae deinde paullo diligentiorem scribam nacta; pro absurdis illis duabus lineolis erectis ante notam L signo numerali X aucta sunt, ita ut ab illo inde tempore lectio DXLI et — finali quoque nota omissa — DXL comparuerit, quae postea literis expressae sunt. Sigonianae vero lectioni repugnat, quod ea duae illae notae X et I abiiciuntur, vulgatae, quod una nota X expellitur, aliaque insuper unitas additur. Equidem ut nihil neque addo neque detraho, ita cum reliquo Livii calculo congruentem efficio numerum. Quamobrem l. XXXI. c. 5 init. „Anno quingentesimo quinquagesimo tertio“ scribendum esse videtur §. 58

In annum 559.

§. 36. Sigonius „Livius, inquit, annum, quo P. Scipio Africanus II consul fuit, vocat DVIII, aperte per mendum pro DLVI: nam V in L, II in V vertenda sunt.“ Cui sententiae — ut ne dicam de arbitraria ista numerorum non correctione, sed permutatione — ipsius Patavini verba renituntur, qui „Megalesia, inquit, ludos scenicos C. Atilius Serranus L. Scribonius Libo aediles curules primi fecerunt. Horum aedilium *ludos Romanos* primum Senatus a populo secretus spectavit, praebuitque sermones — ad quingentesimum quinquagesimum octavum annum (ita vulgo et recte quidem legitur) in promiscuo spectatum esse: quid repente factum, cur immisceri sibi in cavea Patres plebem nollent?“ — Quae verba ita interpretor: quumprimum ludos Romanos Senatus a populo secretus spectarit, plebeios mussitantes eos, qui proxime antecessissent ludos Megalenses in animum revocasse. Qui quum in anno praecedente i. e. in anno cap. 558 incidant, vides, hoc quoque in anno Livianos numeros a fastis marmoreis non dissentire. Rectissime igitur vulgo, in mutilum illum numerum DVIII nota L inserta, annus DLVIII literis exaratur; sed tamen huic anno Catonem cum Flacco, anno vero 559 Scipionem consulem addamus, necesse est. Documento insuper sunt haec Valerii Maximi, quamvis et illa male intellecta a Lydiato: „Per quingentos autem et quinquaginta octo annos Senatus populo mistus spectaculo ludorum interfuit.“

§. 37. Quae ad annum 489, 553 et 559 a nobis exposita sunt, ostendunt, a Punicis inde bellis Livium eadem qua lapides capitolinos chronologia usum esse. Subiungamus etiam aliquot huius propositi argumenta. Libri XXXI initio Livius „tres, inquit, et sexaginta anni sunt ad secundum bellum Punicum finitum i. e. ad Cn. Cornelium

P. Aelium Paetum coss. Qui quum anno cap. 552 fasces habuerint, rectissime ab anno inde 489, quo Ap. Claudium cos. prodit Livius, usque ad eos anni 62 numerantur. Quadraginta porro annos ante Cornelium Aeliumque coss. Lutatio Manlioque coss. primi belli pacem factam esse auctor est l. XXX c. 44 Patavinus. Lutatius autem anno cap. 512 consul fuit, quorum annorum summa quadraginta illis annis aucta in ipsum Cornelii annum cap. 552 incidit. Denique quum Livius septimo decimo anno alterum Poenorum bellum consummatum esse tradat, haec quoque ratio quadrat: etenim subductis ab anno alterius belli Punici finali annis 17, evadet tibi annus 535 cui anno et fasti marmorei et Livius Scipionem Semproniumque coss. attribuunt.

Ad annum vero usque 489 Livius alios quam qui in fastis marmoreis exstant numeros exhibens, minus curabat, quadrarentne illi cum ipsis, quos proferret, annis consularibus. Quod quum persuasum habeam, Sigonii chronologiae Livianae non possum, quin suffragium meum denegem. Quod enim Sigoniani calculi rationes ad amussim omnes congruunt, illud florente Nymphaeisque contecto cum aequore compararim: quae ante oculos tuos versantur, omnia rident virentque, infra nihil est, quo nitare. Duobus enim locis ipsa Livii verba ostendunt, numeros, quos scripserit, chronologicos, ipsa annorum, quos attulerit, consularium summa maiores esse. Ab anno enim 244 usque ad annum 302 non 58, sed 57 annos consulares numerat. Neque enim est, quod cum Sigonio annum trecentes. alterum pro anno 301 sumas, annum 305 nulla plane de caussa infercieus. Cfr. §. 25 extr. §. 38.

Porro Livius, cui anno 365 urbs capta est, „quadringentesimo, inquit, anno quam urbs Roma condita erat, quinto tricesimo, quam a Gallis reciperata, ablato post undecimum annum a plebe consulatu, patricii consules §. 39.

ambo ex interregno magistratum iniere; C. Sulpicius III M. Valerius Poblicola." Itaque quum ex his Livii verbis non anno 390, sed 389 L. Sextius Lateranus fasces obtinuerit, apparet inter annum 365 et 389 viginti tres annos consulares interiectos numerari debere. Livio autem ab anno 365 usque ad primum plebeium consulem, primo ultimoque anno ex ratione excluso, duo tantum et viginti anni consulares sunt. Unde colligitur, hic quoque Livio unum annum deesse, quum de anno 366 Borghesius quoque dissentiat a Sigonio.

§. 40. Quamobrem quum iam bis ante annum 302 et 400 Livianae chronologiae singulos annos deesse constet, accedes, opinor, mihi etiam alios duos annos a Sigonio insertos exstirpanti. Qui postquam libri IV c. 43 et l. VIII, 17 interregnorum mentionem initam esse legit, his fretus, duorum annorum lacunas explet, addens, id quod faciat etsi non aperte, at subobscure tamen a Livio subsignificari. At, quaeso, quanam coactus necessitate, Livius unum annum interserendum esse subsignificasset, quum eandem rem disertissimis verbis pronunciare posset? — Accedit, quod si annum 422 inseramus, repugnant quae in annum 457 ostendimus.

Epitomae Livianae.

§. 41. Restat ut Sigoniano systemati firmissimum, ut putat, columen summovere studeamus, epitomas dico Livianas. Cuius columinis in indolem priusquam accuratius inquiramus, videamus, quaeso, quomodo eo usus sit Sigonius.

Qui primum multus est in explanandis his: Consules anno u. c. 598 magistratum peractis comitiis insequentisque anni consulibus creatis inire coeperunt. Mutandi comitia caussa fuit, quod Hispani rebellabant. Vid. ep. 47. — Eiusdem generis locus exstat apud Liv. VII, 1, „Jussis-

que ante tempus consulibus abdicare se magistratu, quo maturius novi consules adversus tantam molem belli crearentur.“ Unde colligitur, graviore quoque bello exorto eos consules, quorum in magistratu (utpote exeunte) illud accidisset, ante anni sui finem abdicasse. Quum enim nemini consuli liceret, annum amplius in magistratu permanere, aut duo necesse erat imperatores brevi temporis spatio in re gerenda sese exciperent, aut usque ad insequentis anni initium bellum erat differendum. Quod ni fieri posset, optime parum aptae illi ducum mutationi medebantur. Haec erat, mihi crede, illius caussa instituti, namque neque C. Plautium L. Aemilium coss. neque — ut putat Sigonius — M. Fulvium Nobiliorem tamquam bello gerendo impares notat historia. Opimio autem Postumioque coss. Hispanos rebellasse, dubio procul elucet ex Appiano, quem iterum suo sibi gladio iugulans citat Sigonius. Ille enim l. VI, 45 sqq. primum Nobilioris, deinde Marcelli in Hispania res gestas exponit, ita quidem, ut Nobilior infortunio, quod passus erat, animo fractus, anni sui finem in hibernis exspectasse, Marcellus autem iusto tempore insequentis anni initio imperium accepisse dicatur. Temere igitur Sigonius Nobiliorem ob rem male gestam domum arcessitum significat, id quod luce clarius ipse refellit his Cassiodori:

Q. Fulvius. T. Annius

Hi primi consules K. Jan. magistratum inierunt propter subitum Celtiberiae motum.

M. Marcellus. L. Valerius.

Quamvis quae modo diximus iam sufficere videantur, tamen plane absolvitur quaestio nostra fastis Praenestinis, quibus auctoribus Q. Fulvius Nobilior T. Annius Luscus K. Jan. magistratum inierunt. Apparet igitur, Fulvium non anno 597, sed 598 magistratum iniisse, quoniam, Epitomarum numeris quibusque binorum annorum summa

a capitolinis relictis, de anno 599 non est cogitandum. Quare his quoque in annis Sigonius illis ipsis, quibus nititur, epitomis Livianis repugnat.

§. 42. Errones que interpretandi ratione utitur Sigonius in his epitomae 49 verbis: „*Tertii belli Punici initium altero et sexcentesimo anno a. u. c., intra quintum annum quam erat coeptum consummati*“ sqq. Et paullo inferius: „Diti patri ludi facti, qui anno centes. primo Punico bello quingentesimo et altero a. u. c. facti erant. Ubi quum et Marcius Maniliusque coss. anno 602 et Claudius Juniusque coss., quibus ludi tertii saeculares facti sunt, anno u. 502 ascribantur, Sigonius de more suo utrumque annum in 601 et 501 permutat. Qui si veram epitomarum auctoritatem sequutus fuisset, praeter illud quod inseruit biennium, etiam alios duos annos confingendos esse vidisset.

§. 43. Epitomarum igitur Livianarum chronologia neque Sigonianum neque nostrum in systema cadit. Id quod aliter fieri vix potuit, quoniam qui illas composuit Livii chronologiam omnino non sequutus est. Quam in rem haec habeo quae dicam. Trium epitomarum ad calcem interpretes, epitomarum scriptorem Livio contradicere annotaverunt, id quod et in numeris et in ipsis rebus historicis locum habuit. Et omnino non eodem quo libri ipsi ordine conscriptae sunt excerptiones illae: suis praeterea in codicibus, iisque cum Livianis non coniunctis, exstant, unde ab initio minime ei, quibus nunc inserviunt, usui destinati fuisse videntur.

Tabella chronol.

F. C.	Epitomae.	Loci cit.
Ol. 7^1	Ol. 6^3	
244	245	
553	551	ep. 31
504	502	- 49
600	598	- 47
604	602	- 49

2. Velleius Paterculus.

Tabula chronologica.

F. C.	Velleii anni u. c.	Anni ante Vinicium consul.	Loci cit.
Ol. 7[1]	Ol. 6[3]		I, 8.
244	244		
419	421	CCCLX conj.	I, 14.
463	461	CCCXX	"
480	481	CCC num rotundus	"
489	489	CCCCII conj.	I, 12. II, 38.
535	535	CCL num. rot.	II, 38. 90.
541	541	CCXL	I, 7.
564	564	CCXVII	I, 15.
595	594	CLXXXVII	"
607	604	CLXXVII	I, 12. II, 38.
612	609	CLXXII conj. cfr. II, 38 et I, 12	II, 21
620	619	CLXII	II, 2.
624	621	CLX conj.	II, 4.
628	f. 624	CLVII	II, 10.
629	624-5.	cod. CLVII ed. pr. CLVIII	I, 15.
632	630	CLII	II, 7.
635	628	circiter CLIII	I, 15.
647	643	CXXXVIII	II, 12.
653	651	XXIII anni post annum u. 628.	I, 15.
663	661	CXX	II 15.
670	668	CXIII	II, 29.
671	670	XL cod. XI	" 27.
690	689	LXXXII	" 36.
704	703	LXXVIII	" 48.
710	709	LXXII	" 65.
751	751	XXX num. rot.	" 100.
756	754	XXVII	" 103.
782	781		I, 8.

§. 44. Numeri Velleii chronologici etiam in recentissimis editionibus ideo tam corrupti leguntur, quia, unde omnia pendent, Vinicii consulis annus adulterari assolet. Hunc enim numerum praebet, quae deperditi codicis loco est, editio princeps: D.CCC.LXXXL. Qui numerus, αὐτοψίᾳ a me descriptus, dubio procul in DCCLXXXI emendandus est. Quid enim unius literae mutatione facilius cadit in dormitantem librarium? Sedtamen fortasse hic ne de librario quidem, sed de solius typothetae sphalmate quodam cogitemus licet, quum etiam l. II. c. 27 editio princeps numerum XL praebeat, corruptum illum, Beato teste, ex eo quem codex habuit XI. Haec ergo clamat codicis nostri auctoritas. Sed quae ex ipso Velleio constent, accipe. Qui „Lentulo, inquit, et Marcello coss. p. u. c. annis DCCIII (ed. pr. corrupte ACCIII praebet) et anno LXXIIX, quam tu, Vinici, consulatum inires, bellum civile exarsit." Itaque annis 78 cum 703 coniunctis, Vinicii consulatum in anno u. c. 781 positum invenimus. Alio autem loco Velleius „Consulatum, inquit, iniit Caesar post u. c. abhinc annis DCCIX ante LXXII, quam tu, M. Vinici, consulatum inires." Adde annos 72 annis illis 709, et orietur rursus annorum 781 summa. Tradit denique Velleius, Aelium Catum et Sentium p. u. c. annis DCCLIV, abhinc (i. e. ante Vinicium cos.) annis XXVII consules fuisse. Quo ex calculo quum tertium iidem illi anni 781 efficiantur, quis est qui neget, Vinicii consulatum in anno u. 781 positum esse a nostro, atque ideo erratum esse a Krausio, de anno 783, erratum quoque a Frotschero, de anno 782 cogitante? —

Quamobrem quum Velleius in annis tantum non omnibus ita rationem instituere soleat, ut a Vinicii consulatu retrorsus numeret: apparet emendatione nostra universum Velleianae chronologiae calculum mutari. Id quod

statim et magno quidem emendationis nostrae cum commodo in iis quae sequuntur locum habet.

Ante annos DCCCXXIII quam Vinicius consulatum iniret, ex auctoritate editionis pr. Iphitus ludos Olympicos instituit. Quare quum Velleius sicuti Solinus ab ipso Iphito olympiadum initium repetat, quumque idem post duos et viginti annos, quam olympias prima constituta fuerit, Romam conditam dicat, apparet his 22 annis ab iis, quos Iphito datos vidimus, subductis effici annos DCCCI. Quum autem non anno 801, sed 781 Vinicius fasces habuerit, concedes, opinor, viginti annos ex illo Iphiti — ut ita dicam — numero expellendos esse, ita ut scribatur DCCCIII. Atqui ad has duas notas XX eiiciendas moveor etiam vulgatae lectionis auctoritate, quae quum numero DCCCIV contineatur, et notas illas eiicit et — quo mea lectio praestat — unitatem adiicere conatur numero finali III. §. 45.

III. Ideleri ex sententia Velleius eundem quem Varro annum Olympiadicum urbi conditae assignat. Sed nonne Velleii verba, *sexta olympiade, post annos duos et viginti quam prima condita fuerit, urbem conditam esse*, haec potius indicant: tertium sextae olympiadis annum nominatim, revera autem Ol. 6^2 urbi conditae assignatam esse a Velleio. Vid. infra §. 56 Documento est Eutropius, qui eandem quam Velleius chronologiam exhibens, disertis verbis Olympiadis sextae anno tertio urbem a Romulo constitutam dicit. §. 46.

M. Curium Cornelium Rufinum, coss. anni capitolini 463, Velleius anno 461 magistratum iniisse tradit. Qui hunc numerum in tabella nostra excipiunt numeri Velleii chronologici usque ad annum 564 Livianis numeris respondent. Quare quid obstat, ne statuamus Velleium sicuti §. 47.

Livium annum 400 primo plebeio consuli ascribentem, usque ad annum capitolinum 420 duabus unitatibus maiores, quam capitolini sint, numeros exhibuisse? — Ita annus cap. 419, quo Sp. Postumius Veturius Calvinus fasces habuerunt, anno Velleiano 421 respondet. Nullus igitur dubito, numerum quem Velleianus qui nunc est contextus offert una nota X augere. Sin minus, habebis annum 431, quo et ipso Livii pariter atque Velleii ex calculo Sp. T. Veturius Calvinus cum Postumio consulatum gessit: sed tamen propter ipsas res gestas a Velleio memoratas de anni 421 consulibus cogitandum est. Fortasse tamen Velleius propter similia vel potius eadem utrobique consulem nomina numeros confudit.

§. 48. Velleius „*Carthago, inquit, diruta est ante Vinicium cos. annos CLXXVII Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio coss. Cum Carthagine bellare maiores nostri coepere ante annos CCXCVI quam tu M. Vinici, consulatum inires, ita per annos CXV aut bellum inter eos populos, aut belli praeparatio, aut infida pax fuit.*“ — His ex verbis bellum primum, anno 485 inceptum, anno 604 non 115, ut hic dicitur, sed undeviginti per annos duravit. Ergone cum interpretibus numerum CXV in CXX mutabimus? — In auxilium vocemus quae libro II. c. 38 scripta exstant. Regulum nono ferme anno primi Punici belli Africam traiecisse, sed post CCIIII annos Scipionem Africam provinciae in formulam redegisse. Regulus autem anno 496 consul versus finem anni sui i. e. octavo belli anno Africam traiecit. Quamobrem si expulso absurdo isto C numerum CIIII nobiscum in CVII mutes — facile enim a librariis disiunguntur notae V lineolae — quadrabunt omnia. Etenim 8 + 107 = 115. Constat igitur Velleii ex calculo CXV per annos bellatum esse cum Poenis. Quare quum etiam satis certum sit, usque ad annum 564

Velleium Livianos numeros usurpasse, corrigamus suadeo num. CCXCVI in CCXCII — saepius etiam in ed. pr. singulas numerorum notas permutari statim ab initio vidimus. Ita 292 annos ante Vinicium, anno u. 489 bellum primum inceptum est. Quod quum anno 604, utpote annos CLXXVII ante Vinicium coss., Carthago diruta sit, videmus Cornelio Lentulo Mummio Achaico coss. rectissime 115 annos bellatum dici a Velleio: nam 604–489 = CXV. Ceterum vix memoratu dignum est, quod libri II. capitis 38 numerus CLXXXII contra numeri CLXXVII, quem priori loco vidimus, auctoritatem nihil valeat, praesertim quum eodem in capite etiam corruptus ille numerus CCIIII legatur. Quare hoc quoque loco CLXXVII scribendum est.

Quas nostras emendationes si accipias, videbis etiam alios Velleii numeros quadrare. Qui quum Carthaginem et annos DCLXVII stetisse et LXV ante Romam annos conditam tradat, eo nihil aliud significat, nisi Romam conditam esse, quum Carthaginis annus natalis sexagesimus quintus numeraretur, i. e. quum reapse Carthago annum sexagesimum quartum implesset, consummatis vero DCLXVII annis i. e. quo tempore sexagesimus octavus praeter sexcentesimum Carthaginis annum ageretur, urbem deletam esse. Ita omnia congruunt: namque 64 + 604 = 668 s. 667, quum de uno anno talibus in calculis non disputandum sit.

Itaque usque ad annum 564 Velleianos numeros a Livianis non dissentire vidimus. Quos deinde ponere solet numeros, ii satis aperte ostendunt, Velleium properante calamo scripsisse. Nec mirum, quum opus illud, ad celebrandum Vinicii consulatum conscriptum, tam celeriter conficiendum esset, ut ne ipsius initi a Vinicio magistratus tempus nimis transgrederetur. Hinc, ut recte §. 49.

ait in annalibus Velleianis Dodwellus, *formam operis propositi in praecipiti sitam festinatione agnoscit Velleius, quae se rotae pronive gurgitis instar nunquam patiatur consistere.* Quare fluctuantibus Velleii numeris quasi cochlea adigi solet ab interpretibus, quippe qui semper aut Varronianam aut Catonianam aeram tamquam unicam normam sequuntur. At vero haud raro Velleius cum nullo alio consentiens, sibi tamen constat. Ita Mario VI Valerioque coss. post XXIII annos, quam Porcius et Marcius fasces obtinuerint, Aesulum et Alsium colonias deductas refert Velleius. Sed inter utrasque coss. 18 anni interiecti sunt, nam 653 — 635 = 18: ergone cum Aldo Nepote XVIII scribendum erit? Sed si ex nostri sententia, cui annus cap. 663 661 est, annum 653, quo Marium VI consulatum iniisse auctores sunt fasti marmorei, Velleii ex calculo 651 esse sumimus, numerus hic ipsis tribus et viginti annis superabit annum 628, quo Porcium Marciumque coss. edit Paterculus. Quamobrem Velleius quidem hac in re subitariam rationem duxit, librarius culpa vacat. Illud tamen memoratu dignum est, quod Velleii numeri, quamvis passim ab ipso auctore et parum accurate expressi, omnes tamen peculiare quoddam ad systema pertineant. Ceteram coniecturas nonnullas utpote in tabella indicatas hic singulatim pertractare nolui.

3. Paulus Orosius.

Tabula chronol.

F. C.	Orosius.	Loci cit.
	Ol. 6³	II, 4
244	244	„ 5
270	275	„ 8
302	300	„ 13
373	376	III, 3
388	384	„ 4
392	388	„ 6
405	402	„ 7
413	409	„ 9
456	450	„ 21
470	463	„ 22
471	464	IV, 1
481	475	„ 3
484	477	„ 4
485	478	„ „
487	480	„ 5
488	481	„ „
489	483	„ 7
523	517	„ 13
534	534	„ 14
537	540	„ 16
539	543	„ 17
602	600	„ 22
607	606	„23.V,3
619	620	V, 7
622	622	„ 10
630	627	„ 12
632	628	„ 14
642	639	„ 15
647	642	„ 16
662	659	„ 18
665	662	„ 19
675	673	„ 23

verte

F. C.	Orosius.	Loci cit.
680	679	V, 23
690	689	VI, 6
694	693	„ 7
698	697	„ 18
709	710	„ „
724	725	„ 20
725	726	„ 21
751	752	„ 22
765	766	VII, 4

§. 50. Orosii vix mentionem iniissem, nisi a Niebuhriana de eo sententia secedendum ducerem. Tabella enim docet, eum non inde ab anno 483 cum fastis cap. consentire, sed mirum in modum huc illud fluctuare. Annum vero 483 ne cum Niebuhrio in 486 mutemus, vetant et antecedentes et sequentes numeri, quibus et ipsis sex septemve anni ad calculum capitolinum desunt. Ceterum Orosii numeros puros putos damus, quum suspicemur, tali eos conditione ab ipso egregio illo Romanae antiquitatis contemtore profectos esse.

4. Eutropius.

Novissimus etiam Eutropii editor Baumgarten-Crusius V. D. „In annis, inquit, ita omnia perturbata sunt apud Eutropium, ut nescias scriptoris vitium sit an librariorum, et severa etiam medela vix subveniri possit.“ Mea autem ex sententia paucis Eutropii numeris correctis, comparet systema quoddam satis concinnum, a Varroniano illud atque a Catoniano calculo differens, Velleii autem numeris optime respondens. Sed videsis tabellam.

F. C.	Eutrop.	Loci cit.
302	302	I, 18
315	317 ex codd.	I, 19
363	364 fortasse 365	II, 1
480	478 conj.	„ 15
489	487 conj.	„ 18
537	540	III, 10
555	551	IV, 2
604	602	„ 10
629	627	„ 22
635	633	„ 23
639	637	IV, 24
662	659	V, 3
665	662	„ 4
678	676	VI, 6
680	678	„ 7
682	681	„ 8
690	689	„ 15
691	690	„ 16
694	693	„ 17
698	697	„ 18
710	709	VII, 1

Ceterum quod in universum de Eutropii textu queritur Niebuhrius, eum Pauli Diaconi culpa corruptum esse atque adulteratum, illud quoque in numeros cadit chronologicos. Pauli enim Diaconi historiae qui dicuntur miscellae non solum totum Eutropium, sed et Orosiana multa continent, et ita quidem, ut Paulus haud paucos Eutropii locos cum Orosianis componens corrumperet. Unde quum bona Eutropianorum codicum pars nihil nisi Diaconi illius historiae miscellae sint, minime integer est vulgatus Eutropii textus.

Diximus modo, Velleii numeros eosdem esse, quam quos Eutropius exhibeat. Eutropius autem disertis verbis olymp. 6^3 Romam constitutam esse dicit. Ita singula huius disputationis argumenta sese invicem tuentur.

§. 53 Regis unius tempus in nostris Eutropii edtionibus minus recte scriptum est. Quum enim noster tres et quadraginta ducentos. annos Romae regnatum esse dicat, tamen singulis regibus iidem plane, qui a Livio, ab Eutropio tribui sumuntur numeri. Quum autem ex hac supputatione non 243, sed 244 anni colligitantur, ecce quomodo Glareano praeeunte ex turba illa sese expedierint interpretes: Eutropius, aiunt, *interregni* annum, ut quo non sit *regnatum* ex ratione exclusit. Verum vero nonne interrex eadem et iura et insignia, quae rex quisque obtinebat? Cur igitur, qui Liviano ex calculo non excluditur interregni annus ab Eutropio omissus est? — Nos igitur quinque codicum ex auctoritate Tarquinio Prisco VII tantum et XXX annos dantes omnem difficultatem expedimus.

§ 54. Quod attinet ad eos, quos Eutropius protulit, annos urbis, usque ad annum 487 cum Dionysii numeris congruit Eutropii chronologia. Etenim annum capitolinum 315 Eutropio non eundem sed 317 esse, docet codicum auctoritas, quorum alii CCCXII, alii CCCVII praebent, quem ultimum numerum ex CCCVII ortum esse apparet. De anno 365 quamvis nihil certi statuere audeam, tamen facile fieri potest, ut in loco isto etiam ceterequin corruptissimo numerum quoque falsum posuerit Eutropius. Quin adeo haud scio an non totus ille *dignitatum mutatarum* error inde natus sit, quod Livio auctore ipso captae urbis anno tribunos militares a magistratu amotos esse constet. Annum vero CCCCLXI, quem librariorum culpa mutilum esse apparet, in CCCCLXXVIII mutandum puto; quum enim constet, inserendas esse notas numerales, eodem iure, quo duas, etiam quattuor inserere licebit. Adde quod etiam numero CCCCLXXVII una nota interponenda opus est. Ceteri Eutropii numeri quo per-

tineant, docet Velleianae tabellae cum Eutropiana instituta comparatio.

§. 55. Restat ut de singulari quadam Graeci illius, qui Eutropii librum vertit, consuetudine pauca subiungamus. Hic enim quotiescunque apud Eutropium pronomen alter cum adiectivo numerali compositum invenit, semper voc. εἷς profert. Ita ei anno u. c. τριακοσιόςῳ ἑνὶ, Eutropio trecentes. et altero decemviri facti sunt. Sed attendas primum ad illud ἑνὶ, minus opinor Graecum, memineris deinde, apud Graecos subinde vocabulum δεύτερος nonnisi solam unitatem significare. Quare falsa illa versio Paeanii aut glossatoris cuiusdam minus Latine docti ignorantiae imputanda esse videtur.

5. Dionysius Halicarnassensis.

Tabella chronologica.

F. C.	Dionysii anni u. et olymp.		Loci cit.
Ol. 7[1]		Ol. 7[1]	I, 74
244	245	„ 68[1]	V, 1
259	260	„ 71[4]	VI, 34
269	270	„ 74[2]	VIII, 83
300	301	„ 82[1]	X, 53
302	303	„ 82[3]	X, 57
deest	305	„ 83[1]	„ 61
363	365	„ 98[1]	I, 74
420	desunt.		
429			
444			
452			
489	487	„ 128[3]	I, 8
522	521	„ 137[1]	II, 25
722	722	„ 187[2]	I, 7
745	745	„ 193[1]	I, 3

§. 56. Ostendit tabella, Dionysium annum u. 260 olympiadi 71^4 aequiparare, eique eodem modo annos urbis, viginti quattuor annis auctos et deinde quater divisos, annos olympiadicos vel potius olympiades plenas (cum singulis, qui restare solent, annis olympiadicis) fieri solere. Nam $260 + 24 = 284 : 4 = 71$ olympiades s. Ol. 71^4; porro $301 + 24 = 325 = : 4 =$ olymp. $+ 1$ s. Ol. 82^1. Hi autem 24 anni, quum ab olymp. 7^1, quo anno Dionysio auctore Roma condita est, originem ducant, vitio arithmetico orti videntur: nam olympiades 6 quater multiplicati erunt anni 24 quibus de septima olympiade annectendus primus annus est, ut in solido colligantur anni 25. Sed vitio arithmetico locus non est, quum non solum Dionysius annos urbis 260, 270, 301, 745 una cum olympiadibus disertis verbis pronunciarit, sed etiam Solinus, qui eundem, quem Dionysius, urbis conditae annum exhibet, nonnisi 24 annos computet. Denique Solino auctore anno u. 801 in Actis, quae dicit, publicis ascripta est Ol. 207. Neque fieri potest, ut aliter metiantur Romani Graecique temporis synchronismi. Censorinus enim — ut alios multos omittam — ex Parilibus, ait, urbis anni numerantur. Nunc autem Parilia a. d. XI Kal. Maias, ludi vero olympici Kal. Juliis celebrabantur. Quare, bimestri temporis spatio inter Graeci Romanique anni initium interiecto, Dionysius nomine quidem primum olympiadis septimae annum cum primo urbis conditae anno componebat, quod autem ad synchronisticen attinet, quartum praecedentis olympiadis annum ad calculos vocabat; idque suo iure: primus enim olympiadis VII annus quum decem anni Romani menses impleret, recte anno illi nomen dedit, quartus vero olympiadis sextae annus, ut qui ipsum natalem urbis diem in se contineret, rationibus inferretur necesse erat. Quamobrem quum, quod in Dionysium, idem in omnes veteres scriptores cadat, aera Varroniana nomine

in IV olympiadis VI, ex calculo autem in tertium eiusdem olympiadis annum incidit, et ita eadem ex lege quaeque aera Romana quem annum olympiadicum nominat, eum uno numero deminutum ad rationem vocat. Ceterum de Dionysii chronologia vid. infra.

6. Polybius.

Tabella chronologica.

F. C.	Anni Romani.	Anni Gr.	Loci cit.
Ol. 7^1		Ol. 7^2	Dionys. I, 74.
244	244	Ol. 68	P. III, 22.
363	365	Ol. 98^2	I, 6.
473	471	Ol. $\frac{124^4}{125}$	II, 20. 41.
489	489	Ol. 129	I, 5.
535	535	Ol. 140	I, 3.

Polybius, Niebuhrio quoque momente, sicuti Dionysius §. 57. Romani Graecique temporis synchronismos metitur. Ita enim Olympiade 98^2 Romam captam scribit, id quod ostendit, eum eundem quem Livium usurpasse vidimus, cladis Gallicae annum posuisse. Primos consules 28 annos ante Xerxis in Graeciam adventum fuisse dicit, i. e. anno u. 244. Nam Ol. 75^1 — Ol. 7^2 s. annos 25 et — 28 = 244.

In tabella chronologiae Polybianae caussa conficienda §. 58. hoc posuimus: Polybium quoties in universum olympiadem aliquam memoraret, anno quidem ipso tacito, non primum, sed alium quemlibet dictae olympiadis annum ad calculos vocasse. Quodsi quis in aliam sententiam abeat, ei Polybio auctore primum bellum Punicum anno u. 488, alterum anno 532 incepit. Censuit illud Niebuhrius,

cuius tamen ex verbis minus perspicuis cave ne colligas, Polybium diserte pronunciasse annum u. 532, quum nonnisi olympiadis 140 mentionem faciat, nusquam, quod sciam, annum Romanum literis mandans. Sedtamen inter annum 488 et 532 anni 44 numerarentur, quum ex ipsius Polybii auctoritate inde a primi belli initio usque ad alterum Poenorum bellum 46 anni praeterierint. Polybio enim teste, primum bellum duravit annos 24; africanum vero-bellum intra tres annos sex menses consummatum est; Hamilcare deinde novem, Hasdrubale octo annos, Hannibale unum annum rebus Hispanicis functo, bellum exarsit Hannibalicum. Ita anni 45½ s. 46 in solido colliguntur, qui ipsi intersunt inter ann. 489 et 535.

7. Diodorus Siculus et Fabius.

Tabella chronolog.

F. C.	Diodor	Loci cit.
Ol. 7^{1}	Ol. 7^{2}	fr. l. VIII
267	75^{1}	XI, 1
271	deest	
272	76^{1}	„ 48
276	77^{1}	„ 53
280	78^{1}	„ 65
284	79^{1}	„ 70
288	80^{1}	„ 77
292	81^{1}	„ 84
	82^{1} deest	
296	82^{2}	„ 91
298	83^{1}	XII, 5
302	84^{1}	„ 23
306	85^{1}	„ 29
310	86^{1}	„ 33
314	87^{1}	„ 37
319	88^{1}	„ 49

F. C.	Diod.	Loci citati.	
322	89^{1}	XII, 65	
328	90^{1}	„ 77	
326	90^{2}	„ 78	
327	90^{3}	„ 80	
333	90^{4}	„ 81	
330	deest		
331	„		
332	„		
329	91^{1}	„ 82	
334	deest		
335	91^{2}	XIII, 2	
338	92^{1}	„ 34	
342	93^{1}	„ 68	
346	94^{1}	XIV, 3	
349	95^{1}	„ 35	
354	96^{1}	„ 54	
358	97^{1}	„ 94	
359	$97^{2}.98^{3}$	„ 97	XV, 2
360	$97^{3}.98^{4}$	„ 99	„ 8
361	$97^{4}.99^{1}$	„ 103	„ 14
362	$98^{1}.99^{2}$	„ 107	„ 15
363	$98^{2}.99^{3}$	„ 110	„ 20
364	99^{4}	XV, 22	
365	100^{1}	„ 23	
369	101^{1}	„ 36	
373	102^{1}	„ 50	
deest	102^{4}	„ 61	
377	103^{1}	„ 71	
378sqq.	103^{2}	„ 75	
385	104^{1}	„ 78	
386	deest		
390	105^{1}	XVI, 2	
394	106^{1}	„ 15	
398	107^{1}	„ 37	
402	108^{1}	„ 53	
408	108^{4}	„ 66	
405	109^{1}	„ 69	
408	deest		

verte

F.C.	Diod.	Loci cit.
410	110[1]	XVI, 77
414	111[1]	„ 91
418	112[1]	XVII,40
420	deest	
423	113[1]	„ 82
427	114[1]	„ 113
429	deest	
433	115[2]	XVIII,26
436	116[1]	XIX, 2
440	117[1]	„ 77
444	deest	
445	118[1]	XX, 37
449	119[1]	„ 91

§. 50. Diodori numeros quum praeter Borghesium tanta cum sagacitate explicuerit Niebuhrius, nobis acta agere non placet. Sufficiat igitur, quam confecimus, tabella.

Diodorum usque ad captae urbis annum Fabium sequutum esse docet vir illustrissimus. Non dissentio, de ipsa autem quam Niebuhrius describit Fabii Pictoris chronologia non possum quin in aliam sententiam abeam. Fabium enim inter captam urbem atque inter primum ex plebe consulem duodeviginti tantum annos numerare effici ex Gell. V, 4 Niebuhrius. Ibi enim a Grammatico ill non vocabuli duoetvicesimo soloecismum, sed falsum solummodo calculum chronologicum notatum esse censet. Atenim mihi quod e. g. l. IV, 1 et l. VII, 17 egi Gellius, ut grammaticum quempiam iusto arrogantiorem perstringeret, illud hoc quoque loco fecisse videtur. Etenim putarim, Gellium nomen Grammatici illius, que probe memoria teneret, solummodo propter satiricam na rationis illius indolem tacite omisisse. Itaque uti l. VI *„quempiam se Grammaticum primae in docendo celebritatis, non hercle experiundi vel tentandi gratia, sed discendi magis studio percunctatum* dicit; uti altero illo loco

„Ostentabat," inquit, *quispiam* grammaticae rei doctor scholica quaedam nugalia cum arduis superciliis vocisque et vultus gravitate composita tamquam interpres et arbiter Sibyllae oraculorum: eodem plane modo l. V, 4 Grammaticum *quempiam* de nobilioribus cavillandi caussa citatum crediderim. Fortasse tres illi quos scripsimus loci ad eundem omnes Gellii adversarium spectant. Qui Grammaticus quum haec dixisse narretur: „non duoetvicesimo sed duodevicesimo scribi oportuit: quid enim est duoetvicesimo?" praesertim propter haec ultima verba solam vocabuli formam reprehendisse videtur. Nunc autem duo vobis proponimus: utrum tacita εἰρωνείᾳ verbis modo citatis nihil addiderit Gellius, nisi quasi ex supervacuo: „Alio quoque loco" sqq., an codicibus mutilis exciderit Grammatici illius castigatio, qua affectus fuerit ab eo, quem Gellius affuisse tradit, Julio Paullo, viro Gellii memoria doctissimo. Si primum accipias, Gellius sive illos 22 inter utramque rem gestam interiectos annos, sive vocabuli duoetvicesimo usum tamquam res notas pluribus exsequi dedignatus est.

8. M. Tullius Cicero.

F. C.	Cic.	Loci cit.
Ol. 7¹	Ol. 6²	Solin. c. 1
310	312	Cic. ad Div. IX, 21.
413	415	„
415	416	„
513	514	Brut. c. 16.

De rebus chronologicis Attico accedit Cicero. §. 60. Vid. Brut. l. l. Cui quum Cethegus et Tuditanus recte modo plane CXL annos ante se consulem fasces habuerint (nam Cicero anno cap. 690, Cethegus anno cap. 549 consul fuit) apparet, emendanda esse haec:

Annis IX post Cethegum Cato consul fuit, mortuus L. Marcio M' Manilio annis LXXXIII ipsis ante me consulem. Qui consules quum anno cap. 604 s. 86 annos ante Ciceronem cos. magistratum inierint: numerum LXXXIII in LXXXVI mutamus. Ceterum usque ad annum 415 Cicero sicuti Livius et Velleius urbis annos numerat.

9. C. Plinius Secundus.

Tabula chronologica.

F. C.	Plinius.	Loci cit.
258	259	35,11
363	364	34,1
378	379 conj.	16,85
415	416	34,11
449	448	33,6
484	485	33,13
504	505	15,1
534	535	29,6
579	579	7,49
594	595	7,60
631	632	14,6
632	633 conj.	14,16
656	657	30,8
661	662	17,1
664	665	13,5
675	676	36,8
690	691	9,63
701	702	14,1

§. 61. Plinii numeri fere omnes quadrant, in anno tantum 448 et 579 non Varronis, ut assolet, sed fastorum marmoreorum chronologiam sequitur Plinius. Sed vid. §. 68.

10. C. Julius Solinus.

Tabella chronologica.

F. C.	Solin. c. 1.
302	302
489	489
535	535
604	604
663	663 conj.
710	710

11. A. Gellius.

Tabella chronol.

F. C.	Gell.	Loci cit.
322	323	XVII, 21
346	347	„ „
404	405	IX, 11
489	490	XVII, 21
525	526 conj.	IV, 3

Gellii numeri omnes quadrant, modo ne recuses numerum §. 62. DLXXIII in DLXXVII emendare.

12. Frontinus.

Tabella chronol.

F. C.	Frontin. de aq. 4.
441	441
481	481
609	608
628	627
720	719
734	732

13. Censorinus.

F. C.	Cens. c. 17.
245	246 conj.
297	298
407	408
517	518
604	605
607	608
627	628
736	737

14. Cornel. Nepos.

§. 63. Nepos Solino teste eandem quam Polybius urbis conditae aeram sequutus, Plinio auctore etiam de anno 471 cum eo facit. Ita enim Plinii verba l. XVI c. 15. accipiamus necesse est.

C. Annaeus Florus unum tantum eumque aperte corruptum numerum exhibet l. IV, 12.

De Valerio Maximo vid. §. 36.

Pars III.

Judicium de variis Romae conditae aeris.

Ex variis variorum scriptorum numeris, quos animo minime praeoccupato — namque Niebuhrii potius sententiam confirmare decreveram — inveni, tria tantum systemata efficiuntur. Quorum systematum primum fastorum capitolinorum auctoritate nititur; alterum Varronis nomine insignitum, et ipsum diu in usu fuit; tertium ab Attico profectum esse videtur. §. 64.

1. De chronologia fastorum capitolinorum.

Vel tironibus notum est, Romanos non numeris chronologicis, sed consulibus ἐπωνύμοις urbis conditae annos notasse. Quod quamvis ita sit, tamen propter ipsam rei rationem necesse erat numerarent singulos consulatus, quum alioquin neque ipsius aetatem urbis, neque singularum rerum gestarum intervalla expedito modo indicare possent. Cui privati etiam cuiuslibet viri necessitati publice subventum est. Dionysius enim: „Οὐ γὰρ, inquit, ἠξίουν ὡς Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν, ὅτι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης ὀλυμπιάδος τὴν Ῥώμην ἐκτίσθαι πει- §. 65.

θομαι· οὐδ' ἐπὶ τῦ παρὰ τοῖς 'Αρχιερεῦσι κειμένου πίνακος ἑνὸς καὶ μόνου τὴν πίςιν ἀβασάνιςον ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ τοὺς ἐπιλογιςμοὺς οὓς αὐτὸς προεθέμην εἰς μέσον ἐξενεγκεῖν. — Δηλοῦται δὲ ἐξ ἄλλων τε πολλῶν καὶ τῶν καλουμένων Τιμητικῶν ὑπομνημάτων, ἃ διαδέχεται παῖς παρὰ πατρὸς καὶ περὶ πολλοῦ ποιεῖται τοῖς μεθ' ἑαυτὸν ἐσομένοις ὥςπερ ἱερὰ πατρῷα παραδιδόναι· πολλοὶ δ' εισὶν ἀπὸ τῶν τιμητικῶν οἴκων ἄνδρες ἐπιφανεῖς οἱ διαφυλάττοντες αὐτά· ἐν οἷς εὑρίςκω δευτέρῳ πρότερον ἔτει τῆς ἁλώσεως τίμησιν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων δήμου γενομένην, ᾗ παραγέγραπται καθάπερ καὶ ταῖς ἄλλαις χρόνος οὗτος, „ὑπατεύοντος Λευκίου Ουαλερίου Ποτίτου καὶ Τίτου Μαλλίου Καπιτωλίνου, μετὰ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων ἑνὸς δέοντι εἰκοςῷ καὶ ἑκατοςῷ ἔτει.“

His ex verbis apparet, Dionysium Annalium Maximorum ex auctoritate primum septimae olympiadis annum Romae conditae initio attribuisse. Apparet deinde in tabulis censoriis a Dionysio laudatis primum urbis annum literis mandatum non fuisse, quum alioquin eius rei mentionem iniisset Halicarnassensis. Sed et de Annalibus Pontificum et de commentariis censoriis pauca dicenda sunt.

§. 66. **Quae Dionysius Censorum ex commentariis descripsit, docent, in tabulis illis ab annis post reges exactos subductam esse rationem chronologicam. Quum autem ad sextum usque urbis saeculum anni post reges exactos literis mandati sint apud Lydum, Tacitum alios: satis magna ex parte numeri certe commentariorum illorum nobis servati esse videntur. Hi sunt, quos hanc in rem collegimus, loci.**

Tabella chronologica.

Dionys	Anni p. r. e.	Loci cit.
245	1	Eutr. I, 9.
250	6	Suet. Tib. 1.
253	9	Eutr. I, 12.
254	10	Cic. Br. 16.
260	16	Eutr. I, 13. et Paedian. pro Cornel.
261	17	Lydus I.
262	18	Eutr. I, 15.
267	23	Lyd. I.
272	28	"
292	48	"
307	63	Tacit. A. 11, 22
318	74	Lyd. 1.
363	119	Dion. Hal. l. l.
365	121	Lyd. 1.
380	136	"
487	243	"
508	264 conj.	"
534	290 conj.	"

Docet igitur tabella, annos regifugii cum Dionysiana chronologia convenire. Qui anni quum loco modo citato auctore in tabulis censoriis conficiendis usurpatae sint his maxime niti videtur calculus ille chronologicus. Videmus autem hanc annorum seriem nihil nisi singulorum consulatuum enumerationem esse. Atque ita annum quemque in vitae civilis usu numeratum esse, facile ex multis qui exstant variorum scriptorum locis et — quod maximum — ipsius rei ex commoditate conieceris. Quamobrem primum *tabulis censoriis* privatorum necessitati subventum esse videtur.

Dionysius „Πῶς ἄν, inquit, *τις ἀπευθύνοι τοὺς Ῥωμαίων* §. 67.
χρόνους πρὸς τοὺς Ἑλληνικοὺς ἐν ἑτέρῳ δεδήλωταί μοι λόγῳ. Haec verba cum iis quae sequuntur coniuncta, docent, Dionysium olympiadicis annis cum iis quos in tabulis censoriis consignatos inveniret comparandis numeros Romanorum chro-

nologicos correxisse, vel potius — ut meam sententiam sequar — corrupisse. Quod quo magis perspiciatur, videamus quae sint Annalium Maximorum de chronologia statuenda.

Belli Punici primi initium Polybius, Livius, Velleius Paterculus eodem in anno quo fasti capitolini atpote 489 ponunt. Polybius, Livius, Dionysius, Velleius haud paucis in numeris cum fastis marmoreis consentiunt. Quae quum ita sint, redeamus quaeso ad ipsos fastos capitolinos.

Nonne fasti consulares capitolini publice Caesaris sub auspiciis conditi, publicis praesertim auxiliis fontibusque nitantur necesse est? — Apparet igitur, Pontificum Censorumque Acta non solum a Dionysio, sed etiam a Caesare et examinata et in rem suam conversa esse.

Nullus igitur dubito, quin fastorum nostrorum annus 489 ab Annalibus Maximis originem habeat. Ab eo inde anno praeter Livium cum fastis consentiunt Polybius, Velleius, ab eo inde anno cum fastis consentiret Dionysius, nisi suo ex arbitrio numeros mutasset. Quid, quod ille ipse in anno 746 et 722 denuo cum fastorum nostrorum chronologia facit?

Ex hac tot scriptorum cum fastis marmoreis consensu, atque ex ipsis Annalium Maximorum rationibus, quippe qui ut primum urbis annum exhibuerint, ita etiam in universum ipsius urbis conditae annos numerasse videntur, colligimus, Annalibus illis auctoribus vulgo anno 489 in consignando bellorum Punicorum initio usos esse scriptores, sequentes singularum rerum gestarum numeros eorundem Annalium ex auctoritate computantes. His igitur Pontificum actis et annus 302, a fastis pariter capitolinis atque Livianis primis decemviris attributus, et annus 363, quo urbem a Gallis captam produnt lapides cap., adiscendus esse videtur. Confiteor, Polybium, Livium, Dionysium alios annum 365 urbi captae assignare. Sed haec

res a tabulis censoriis originem trahit. Dionysius auctor est, quattuor etiam mensibus anni 244 relictis primos consules magistratum iniisse. His si de anno olympiadico cogitandum est, videmus, ab a. d. VI Cal. Mart. usque ad Cal. Jul. i. e. a die regifugii usque ad Olympiadici sive etiam Attici anni initium, recte quattuor menses numerari a Dionysio. Quamobrem qui sicuti Dionysius hoc temporis spatio sive neglecto sive aliter computato, plenos annos 244 regnatum esse sumebant, anno u. c. 245 primos consules fuisse scribebant. Atque ita vulgo factum esse docet Livii Dionysii aliorum chronologia. Nunc autem in tabulis censoriis anno post reges exactos 121 urbem captam esse legebatur. Quibus 120 annis cum illis 245 computatis, recte anno 365 urbem captam esse tradebant ii, qui solas Censorum tabulas sequebantur. Livius anno 302 primos decemviros factos scribit, Dionysius anno 303, idque nulla alia de caussa, quam quia sibi tribus decemviralibus annis opus esse videbat, ut inter annum 245 et 365 sufficientem annorum consularium numerum interpositum haberet. Quamobrem fastorum consularium ab Annalibus Maximis originem ducenti chronologiae non respondet numerus Dionysii 303. Quum autem Annales Pontificum anno ut diximus, 489 primum cum Poenis bellatum esse traderent, Dionysius hoc quoque in numero ab Annalibus recessit: etenim inter annum 365 et 489 non 123 sed 121 tantum annos consulares interfectos invenit. Quamobrem ille, utpote οὐδ' ἐπὶ τοῦ παρὰ τοῖς Ἀρχιερεῦσι κειμένου πίνακος ἑνὸς καὶ μόνου τὴν πίστιν ἀβασάνιστον ἀπολιπών, annum illum 489 in 487 correxisse sibi videbatur.

At vero multo meliorem viam ingrediebantur qui Caesare adiuvante fastos capitolinos composuere. Illi et tabulas Censorias et commentarios Pontificum et — quod maximum — ipsius temporis astronomici rationes et syn-

chronisticen quantum fieri poterat, historicum existimabant et coniungebant.

§. 68. Quod enim ad tabulas censorias attinet, inspiciantur velim tabellae quas in Frontini Pliniique chronologias confecimus. Plinius, qui vicies — tot eius numeros collegimus — cum fastis nostris non consentit, in anno 579, quo lustrum conditum esse scribit, cum fastorum capitolinorum calculo convenit. Frontinus, alioquin a lapidibus cap. discedens, in anno 441 et 481, ubi Censores nominat, cum iis congruit. Nonne his ex caussis conieceris, et Plinium et Frontinum ideo cum fastis cap. convenisse, quia et uterque eorum et fastorum nostrorum conditores his in annis *tabularum censoriarum* auctoritatem sequuti sint?

Deinde Annalium maximorum vulgatum, opinor, numerum 489 acceperunt fastorum cap. editores, moti illi et actorum illorum vetustate et ipsius temporis astronomici rationibus. Quapropter fictitios illos annos (422, 429, 444, 452) fastis inserendos esse videbunt. Revera autem ipsius temporis rationem habitam esse a fastorum cap. editoribus, ostendent, opinor, sequentia.

§. 69. Diodorus l. XX. c. 101 auctor est, alterum bellum Samniticum postquam annos 22 menses 6 pugnatum fuerit, finitum esse. Nonne hic quum mensium mentio fiat, temporis et hiberni et aestivi ratio habita est, ita ut 23 aestates memoratae sint? — P. Sempronio P. Sulpicio coss. anno cap. 449 bellum illud consummatum est, inceptum illud — ut optime ex Liviana narratione colligitur — L. Cornelio Q. Publilio coss. anno cap. 426. Quare si anni 446 aestate Cornelius cum altero exercitu Samnitibus si qua se moverent oppositus fuerat, anni 449 initio anno XXIII mense VII pax data est Samnitibus, bellatumque est per ann. 22. m. 6. — Adde, quod M. Foslio L. Plautio coss. Romani ἔνατον ἔτος ἤδη διεπολέμουν πρὸς Σαμνίτας; qui coss. quum anno 435 fasces habuerint, rectissime anni

illius initio novem annos bellatum esse dicitur. Liquet enim, primum annum 426 ex ratione non excludendum esse. — Quum igitur tam 426, quam 435, et 440 annus capitolinus firmus fixusque sit, apparet annos 430 et 444 rectissime insertos esse. Sin minus, ad calculos vocares necesse esset annum 425, ann. 433 et ann. 446. Neque etiam Sigonii Niebuhriique anni Liviani 428, 436, 440, iam per se minus recti, quadrare videntur.

Constat ergo, suo iure quadriennio inserto annum ab Annalibus maximis suppeditatum, 489 dico, vindicasse Caesarem. Eodem iure eademque auctoritate usus est in eo quem urbi captae assignavit anno 363. Annus hic aequiparat olympiadem 97^3 s. 97^2. Gellio autem teste eo ipso anno, qui erat post reciperatam urbem septimus, Aristoteles mortuus est. Quare septem annis ab Ol. 99^1 detractis, videbis olympiadis 99 annum primum ipsum septimum annum esse ab ol. 97^3.

Neque etiam ob id vituperandus est Caesar, quod primos consules non anno 245, ut vulgo fieri solebat, sed anno 244 attribuerit. Quum enim VI Kal. Mart. regifugium celebratum sit, Caesar tunc minorem tantum anni partem praeteriisse putavit.

Ostendimus igitur fastorum, qui antea fuerant, vulgarium correctam atque emendatam imaginem dedisse Caesarem. Qui fasti inde a Punicorum bellorum initio eosdem quos fasti cap. numeros exhibebant. De praecedentibus temporibus vide quos in Polybium, Livium, Dionysium, Velleium, adde Eutropium edidimus tabellas.

Solinus auctor est Nepotem et Lutatium, Eratosthe- §. 70.
nem et Apollodorum ol. 7^2 Romam conditam scripsisse. Idem Dionysio teste in Polybium cadit, qui tamen ut per voc. πείϑομαι suspicari licet, hac in re inusitatiorem quodammodo sententiam amplexus est. Quare non illius,

sed Dionysii Hal. annus urbis conditae Annalium maximorum auctoritate nititur. Hoc locus quem supra vidimus Dionysianus, hoc magni Niebuhrii de annalibus illis Pontificum sententia edocet, qui horum auctoritate totam regiorum annorum distributionem niti sagacissime ostendit, unde facillime colligitur, primum etiam urbis annum his in tabulis Graecis annis consignatum esse. Quamobrem quum Livio auctore Annales illi primis post urbem captam temporibus conscribi coeperint, non video cur Catonis nomine feratur aera illa, ex qua ol. 7^1 Roma condita est, praesertim quum Dionysio ipso teste Ἑλληνικὸν μὲν οὐχ ὁρίζει χρόνον, sed ἔτεσιν ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις ὑστεροῦσαν τῶν Ἰλιακῶν. Mea quidem sententia satis verisimile est, Catonem suos annos 432 ad ipsum vulgarem illum Calculum olympiadis VII^1 accommodasse.

Quamobrem quum etiam quod ad synchronisticen attinet, Annalibus Maximis nitantur fasti capitolini, rectius capitolina nuncuparetur aera illa pseudocatoniana.

Restat, ut synchronisticis etiam de rationibus fastos capitolinos caeteris fastis praestare ostendamus.

§. 71. Supra vidimus, primum urbis annum ab a. d. XI Kal. Maias incipientem, et quartum olympiadis VI et primum olympiadis VII annum complecti. Quum autem primi consules Dionysio statim post regifugium, quattuor menses ante anni olympiadici initium, VI Kal. Mart. magistratum inierint, apparet, primum annum consularem si 245 a. u. c. nuncupetur, olympiadi 68^1 attribuendum esse, si vero 244, olympiadi 67^4. Huic autem numero respondet, quod Dionysius dicit, media olympiade 187 apud Actium pugnatum esse, nam ol. $187^2 = 722$ a. u. c. Quare solummodo fastorum capitolinorum anni Romani veris synchronismis Graecis respondent. Sed alia quoque argumenta afferam. Solino auctore anno cap. in Actis

publicis ascripta erat olympias 202. Dicit ille haud dubie Annales Pontificum, unde fasterum cap. chronologiam ortam esse vidimus. Apparet, si primus annus consularis reapse olympiadem 68^1 aequipararet, tunc annum consularem quadringentesimum septuagesimum nonum s. annum 722 in olympiade 187^3 ponendum esse. Etenim

ann. 244 s. 245 = ol. 68^1 = ann. olympiad. 269
ann. 722 s. 723 = ol. 187^3 = ann. olympiad. 747

restant anni 478 restant anni 478

Libro XVII, c. 21 Gellius „Excerpebamus, inquit, ex libris, qui chronici appellantur, quibus temporibus Graeci simul atque Romani viri“ et q. s. Ex his Gellii excerptionibus hi efficiuntur synchronismi:

ol. $72^3 \doteq 260$ a. u. c. „aut non longe amplius“
„ $75^4 = 276$
„ $87^2 = 322$
„ $94^1 =$ fere 347
„ $97^3 = 363$
„ $99^1 = 369$.

Vides, duobus numeris obiter computatis exceptis, omnes synchronismos optime quadrare, sedtamen ea tantum lege, ut primus annus olympiadi 67^4 adaequetur.

Versus finem anni consularis 545 C. Claudio M. Livio consulibus designatis, comitiisque perfectis, Livio auctore, „C. Terentius Varro in Etruriam propraetor missus est, ut ex ea provincia — L. Manlius trans mare legatus iret, viseretque quae res ibi gererentur: simul quod Olympiae ludicrum ea aestate futurum erat, quod maximo coetu Graeciae celebraretur, ut, si tuto per hostem posset, adiret id consilium: ut qui Siculo bello ibi profugi aut Tarentini cives relegati ab Hannibale essent domos redirent scirentque, sua omnia quae ante

bellum habuissent reddere populum Romanum.“ Haec Livii verba talia sunt, ut persuasum habeam, ea ex actis publicis deprompta esse. Neque igitur accedendum erit Petavio et Idelero, viris illustrissimis, qui hac in re errasse censent Livium, quum insequenti demum anno olympiadis initium attribuerit: namque annum 545 aequiparare olympiadem 143¹. Mihi iam a crebra illa comitiorum consularium mutatione auxilium petendum esse videtur. Est tanta solarium et consularium annorum differentia, ut de semestri spatio non disputandum sit. Quum enim si omnia ad amussim quadrarent, annus 545 inde ab Id. Martiis, quo tempore tunc Idelero Cl. censente, consules fasces acceperunt, usque ad Kal. Jul. olympiadem 142⁴, deinde autem olympiadem 143¹ complectetur, apparet, omnem difficultatem expediri, si anno 545 consules mense Sextili magistratum iniisse sumamus. Ita olympiadis initium etiam ultimo anni 545 mense contineretur, quod per loci illius Liviani rationes facile licere putarim. Neque obstat, quod post annum 473 Id. Mart. adiri coeperunt magistratus, et anno demum 600 Kal. Jan. obtenti sunt fasces. Etenim 126 per annos saepissime mutata sunt comitia consularia.

§. 72. Tironibus notum est, anno a. Chr. n. 146 Corinthum deletam esse. Quae res quum incidat in annum cap. 607 s. ol. 158³, ex ea ratione annus a. Chr. n. 145 effici videtur. Sed si iis quae supra ostendimus atque ipsius consularis anni inde ab anno 600 a Kal. Jan. incipientis rationibus adducimur, ut annum consularem in universum anno christiano aequiparemus: facile concedemus, annum — ut exemplum ponamus — 607 nonnisi ab ineunte mense Jul. ad olympiadem 158³ pertinere. Quo fit ut annus quisque Romanus non cum eo, quocum componi solet, sed priori quoque cum anno olympiadico computandus sit. Ideoque

anno quoque olympiadico ab annis 753 detrahendis reliquum habebis eum annum christianum, qui anno, quem ad calculos vocas, capitolino respondet. Sed quaeret fortasse quispiam, cur ad annum 753 subducam rationem, quum ol. 7^1 aequiparet anno a. Chr. 751, vel ad summum 752? Sed olympias 7^1 est primus post urbem conditam annus; ita tantum annus 245 in ol. 68^1 incidit. Itane ab ipso conditae urbis tempore auxilium petendum est? — Irrita est opera, namque quod Parilibus praecedit residuum anni olympiadici vicesimi quarti tempus ad annum iterum 752 spectat. Sed nodum solvit Ill. Idelerus; ille enim sicuti Varroniano ex calculo annum 754 ad calculos vocat, ita nos capitolina ex aera ad annum 753 rationem subducimus. Etenim si ab anno 752 incipit urbis aetas, annum 753 tamquam condendam urbem praegressum statuere licet.

2. De aera Varroniana.

Primum igitur et vetustissimum chronologiae systema fastis capitolinis continetur. Sed qui ipsorum fastorum in exitu legitur numerus unitate maior est, quam qui in lapidibus nostris exstant numeri. Octingentesimo enim et quadrages. primo p. u. c. anno ex S. C. ludos saeculares factos esse, produnt lapides. Qui annus Fea auctore Varronianum ad systema pertinet. §. 78

Claudius Imperator, monente Ill. Idelero, se et L. Vitellio coss. anno 800 ludos saeculares celebrasse dicitur. Qui annus et ipse Varronianus est.

Denique Verrii Flacci fasti calendares, qui Praenestinorum nomine feruntur, Q. Fulvio Nobiliore T. Annio Lusco coss. anno u. 601 comitia mutata esse docent.

Quae tria exempla ostendunt, fuisse tempus aliquod quo Varronis quoque aera valeret.

Saepius iam Varronianae chronologiae mentionem inii, idque consulto. Quamvis enim *una cum Idelero nullum usquam numerum invenerim ipsius Varronis nomine insignitum*, tamen his de caussis adducor, ut Varroniano systemati veterem suam antiquitatem intactam relinquam.

§. 74. Primum Censorinus, qui se Varronem sequi profitetur „De tertio (historico), inquit, tempore fuit quidem aliqua inter auctores dissensio, in sex septemve tantummodo annis versata. Sed hoc quodcunque caliginis Varro discussit, et pro cetera sua sagacitate, nunc diversarum civitatium conferens tempora, nunc defectus, eorumque intervalla retro dinumerans, eruit verum lucemque ostendit, per quam numerus certus non annorum modo, sed et dierum perspici possit. Secundum quam rationem, nisi fallor, hic annus, cuius velut index et titulus quidam est Ulpii et Pontiani consulatus, ab Olympiade prima millesimus est et quartus decimus, ex diebus duntaxat aestivis, quibus agon Olympicus celebratur, a Roma autem condita DCCCXCI, et quidem ex Parilibus, unde urbis anni memerantur.“ Quamobrem a. d. XI Kal. Maias Ol. 6^3 Varroni condita est Roma. Primus vero urbis annus olympiade 6^4 continetur. Ita enim capitolina aera olympiadem 7^1 exhibet. Itaque Varronis aera uno anno differt ab aera capitolina. Varroni anno 753 urbs condita est. Idem docet, quem Cl. Idelerus excitavit, Plutarchus (Romul. c. 12.) [30]).

---

30) Notandum est, totam Catonianam et Varronianam aeram duorum tantummodo locorum auctoritate niti, quorum alterum §pho 70, alterum hoc 74 descripsimus. Notandum insuper, Solinum capite 1 Varronis et Catonis neque nomina neque aeras citare.

Quae iam a nobis disputata sunt, ostendunt, Varronem ad componendos fastos capitolinos non contulisse. Quare hac quoque in re a Niebuhrio, illud certe suspicato, nobis discedendum esse querimur. Tradit quidem Suetonius, Varroni bibliothecarum comparandarum ac digerendarum curam datam esse a Caesare, sed quo capite ea continentur, ibi, ut ex ultimis verbis coniecerim, ultimae Caesaris res gestae describuntur. Fastos vero calendares statim ab initio imperii sui quum primum ad ordinandum reipublicae statum conversus esset, correxisse dicitur. Quod autem in calendares, idem in consulares fastos cadere videtur. Adde, quod Suetonio et Caesare B. C. II, 17—20 testibus nonnisi semestri spatio ante conditos fastos etiam Pompeii in Hispania legatus erat Varro. Quamobrem quid mirum, quod averso ab eo animo fuerit Caesar? Qui capite 17 „M. Varro, inquit, initio diffidens Caesaris rebus amicissime de Caesare loquebatur. Postea vero, quum Caesarem ad Massiliam detineri cognovit, se quoque ad motum fortunae movere coepit.“ Itaque tam brevi post Varronem blanditiis influxisse in aures Imperatoris, vix crederim. Coniecerim potius, eum fastis capitolinis iam perfectis Romam venisse; deinde autem his ipsis fastis motus esse videtur, ut sicuti magnus suus fautor ad rem chronologicam animum appelleret. Namque Varronianum systema ad normam fastorum capitolinorum expressum esse, nullus dubito. §. 75.

Varro enim peculiari quadam ratione, a Censorino significata, invenerat, urbem Romam ol. 6^4 conditam esse. Quamobrem, ut ne synchronisticas fastorum rationes mutaret, regio tempori, ut vulgo fieri solebat, 244 annos dedit. Ita enim illi quoque sicuti fastis capitolinis seu Annalibus maximis ol. 67^4 primi consules fuerunt. Sequentibus vero numeris capitolinis unum cuique annum adderet §. 76.

propter primum, qui ei erat, annum consularem 245 necesse erat. Quod quum constet, fastis solummodo capitolinis annos illos quattuor (420. 429. 444, 452.) esse, in iis tantum annum 363 urbi captae attribui: apparet, Varronianum systema, ex quo Plinio auctore anno 364 urbs capta est, annusque 416 cum anno cap. 415 et annus 485 cum anno cap. 484 componitur, ex tabulis capitolinis deformatum esse. Neque etiam miror, quod Varronis chronologia in consuetudinem venerit: ille enim doctissimus aevi sui vir fuisse praedicatur, eius in ea bibliotheca, quae prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romae est, unius viventis posita imago est: haud minore (ut Plinius VII, 31 reatur) gloria, principe oratore et cive ex illa ingeniorum, quae tunc fuit, multitudine uni hanc coronam dante, quam quum eidem magnus Pompeius piratico ex bello navalem dedit.

3. Tertium systema chronologicum.

§. 76. Velleius „Sexta, inquit, olympiade, post duo et viginti annos quam prima constituta fuerat, Romulus Martis filius Romam urbem Parilibus in Palatio condidit." Eodem ex calculo Eutropius XI Cal. Maii olympiadis VI anno tertio urbem constitutam esse dicit. Solinus Pomponio Attico et Ciceroni olympiade 6^3 Romam conditam placuisse tradit. Hos omnes scriptores pace Cl. Ideleri proprio systemati attribuo. Videas enim §. 66, et intuearis, quae in Velleium, Eutropium, Frontinum, Orosium, adde Epitomas Livianas confecimus tabellas. Quos scriptores binis in universum annis capitolinis numeris minores urbis conditae annos usurpasse videbis. Cuius chronologiae haec mihi origo esse videtur.

Ostendimus, vulgaribus ex fastis scriptores (nam in ipsa vita civili anni p. r. e. numerabantur) usque ad annum cap. 420 numeris capitolinis maiores numeros chronologicos usurpasse. In fastis Siculis annus cap. 420, qui apud nullum alium auctorem nisi apud Solinum, fastorum cap. asseclam, comparet, iisdem consulibus nuncupatus legitur. Quum autem fasti Siculi ceteroquin minime cum fastis consentiant marmoreis, coniicio, hos consules non fictos esse, sed et ante fastos caesareos[81]) quibusdam in catalogis consularibus scriptos fuisse. Ita annus cap. 420 cum anno 422 componebatur, annus vero cap. 453 deficientibus tribus illis annis capitolinis 420. 444. 452 cum anno 452 conveniebat. Ita qui singulis annis a capitolinis differunt numeri Orosiani explicari posse videntur. Sed qui binis quibusque annis a capitolinis distant numeri, ii ex iis quae supra de annis post reges exactos numeratis disseruimus liquent. Apparet Velleium aliosque Dionysio auctore ex solis illis a regifugio petitis numeris urbis annos computasse. His autem numeris nimiam auctoritatem attribuere videtur Niebuhrius. Etenim quae apud Livium l. VII c. 3 leguntur, non urbis, sed ipsius *aedis* ad annos spectare videntur. Clavis illis, quia rarae per ea tempora literae erant, utebantur et Romani, et, Cincio teste, Volsinienses in templo Nortiae. Plinius insuper auctor est, annos 204 post aedem capitolinam Concordiae templum dedicatum esse: id quod in tabella aerea inciderit Flavius. Unde colligo, aedis capitolinae annos diligenter literis mandatos esse. Quodsi statim ab initio una cum clavis illis etiam consules vel dictatores literis mandabantur, non video cur clavis opus esset. Consulum vero nomina traditione servata esse putamus, dum scribendi ars innotuerit.

---

81) Vid. §. 10, 11.

Tertium igitur systema, ex quo annus cap. 244 cum anno 245, annus cap. 302 cum anno 303, 304 cum 306, 363 cum 365, deinde autem, quadriennio deficiente, annus cap. 489 cum anno 487 componitur, nulla auctoritate est. Etenim solum consulatuum numerum praebet, nulla veri temporis ratione habita.

4. De Niebuhrii systemate chronologico.

Vid. Nieb. Tom. II. pag. 628—638.

Quae diximus, ostenderunt, nos Niebuhrianae coniecturae non posse quin renuntiemus. Neque tamen veremur, ne malevolorum istorum nationi annumeremur, qui amicitiae nomine magnorum virorum memoriae maculam iniicere moliuntur. Sed videamus singula Niebuhrii argumenta.

